Columbia University
in the City of New York

THE LIBRARIES

DAVID EUGENE SMITH
COLLECTION

Mensuras, et pondera Phidon Argiuus: aut Palamedes invenit ut maluit Gellius. ubi sup. Plinij Nat. hist. li. 7. c. 56.

De mensuris, ~~ac ponderibus trac~~ tract. Vitruuius et alij, sed omnium subtilissime, ac diligentissime disseruit Agricola. Jul. Barbarin. i sua officina tom. p°. tit. 23. ex Agricola, Alciato, Budeo et Porto

De mensuris de qb fit mentio in sac. scr. ui. Benedict. Aria Montan. in lib. que inscrips. Thubal-cain seu d mensuris sacris q hr i 8° volum.ª Bibl. Regie.

Mensuras ac pond. grec. noia ita explicat Plin. nat. hist. li. 21. c. 34. Drachma Attica (fere. n. Attica observatione medici utunt) denarij argentei hz pondus. eadeq sex obolos pondere efficit. Obolus dece chalcos Cyathus pendet p se drachmas dece. cu acetabulu mensura dicitur, significat hemine quarta parte idest drachmas XV. Mna, q nostri mina uocat pendet drachmas Atticas centu.

EX LIBRIS

ΣΥΝΟΨΙΣ

MENSVRARVM ET PONDERVM, PONDERATIONISꝗ́que menſurabilium ſecundum Romanos, Athenienſes, γεωργοὺς, καὶ ἱπποϊάτρους, ex præſtantiſsimis authoribus huius generis cõtracta, opera MICHAELIS NEANDRI ex Valle Ioachimica, Anno M D LIIII.

ACCESSERVNT ETIAM, QVAE APVD *Galenum hactenus extabant de ponderum & menſurarum ratione uehementer deprauata, nunc Græcè & Latinè multo correctiora, eiuſdem* MICHAELIS NEANDRI *opera.*

Item rerum & uerborum in his omnibus memorabilium Index.

LEVITICI XIX.

Μέτρα δίκαια, καὶ χοῦς δίκαιος ἔσται ἐν ὑμῖν.

Clericor. Reg. S. Vinc. Plac.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

ad Usum D. Laur. Plac. R. C.

IOANNES STI-
gelius.

Quoddam etiam humanis adflauit mentibus aſtrum,
È propria accendens lumina luce Deus.
Quo recolens numeros, menſuram, & pondera rerum,
Iuſtitiæ ad normam cuncta probaret homo.
Quò tamen heu rapimur? quò lux hæc obruta fumo,
Quod poterat, iuſſa neſcit obire fide?
Vix quoq; menſuram hæc ætas, uix pondera nouit,
Dum, niſi qui nouit fallere, nemo ſapit.
Gratia debetur docto numeroſa Neandro,
Qui deſueta etiam nomina, nota facit.
Qui damnata cupis nigri commercia Ditis
Effugere, hac uita dum peritura celis,
Pende Deo, pendenda Deo, nec ſubtrahe ſceptro
Legitima populos quod ratione regit.
Nam quo metiris radio, experieris eodem
À iuſto reddi premia menſa Deo.

GENEROSISSIMO VIRO, NOBILITATE GENERIS, ET VIRTVTE præſtanti, Domino IOHANNI IACOBO FVGGERO, D. in Kirchberg & Vueiſſenhorn, S. D. MICHAEL NEANDER ex Valle Ioachimica.

ETSI alij uiri longè doctiſſimi, & in utraq; tam Græca quàm Latina lingua exercitatiſſimi, & antiquitatis ſtudioſi indagatores (inter quos præcipui ſunt, Budæus & Georgius Agricola) prolixè & diligentiſſimè, de antiqua ratione menſurandi & ponderandi apud Romanos & Græcos, ſcripſerunt: tamen cum primùm inter hos non ubique conueniat, & multum referat, iuniorũ animos uel ueris, uel ſi hoc non poteſt, ueriſimilibus ſententijs imbui: deinde etiam, cum prolixitas ipſa tenerioribus iuuenum ingenijs minus apta ſit, & ipſi inter prolixas diſputationes non ſatis cauti, minusq; exercitati, non ad principalia animum conuertant: & ſicut infantuli, propoſitis ſimul aureo & puppa fucata, propter imbecillitatem iudicij, non aureum, ſed fucatam puppam arripiũt: ita ipſi quoq; pro rebus παρέργα, *& fucos rerum, mente cæci ſæpe prehendant: etiam ſuam ſibi laudem inueniũt apud tenellam ætatem, qui ſcriptorum diſſidentium ſingula uerba non obiter ſaltem aſpiciunt, ſed accuratè penſitant, & fidem teſtimoniorũ aliun-*

8180

de allatorum in toto ſcripti contextu examinant: & tandem uel uerè & immotè, propter certa teſtimonia, uel uериſimiliter, propter probabiles rationes, ſentẽtiam aliquam affirmant, eamq́ breuiter & ſimpliciſſimè, remota odioſa prolixitate, quæ iuuenum mentes turbat, tradunt: & hac ratione ponticulum ſternunt iunioribus, & uelut facula quadam præeunt ad grauiores autores, qui uel ipſi prolixè de ponderibus & menſuris ſcripſerunt, uel obiter alicuius menſuræ ponderiſ'ue mentionem fecerunt, legendos & intelligendos. Sicut enim uiatori ualde bene conſulit, ſeriem quandam oppidulorum pagorumq́ ſeu præſcribens, ſeu dictitans, quæ ipſum in toto itinere regat & gubernet: ita in autorum prolixorum lectione uerſaturo, bene uult & conſulit iſte, qui ſi non totum curſum, aliqua ſaltem principalia capita annotat, ad quæ reliqua omnia tanquam ad certum ſcopum referenda ſint.

Quinetiam in doctrinis præcipuè obtemperandum eſt dulciſſimæ admonitioni, ſæpe repetitæ à Platone, καλὸν δεῖ τὰ καλὰ δὶς καὶ τρὶς λέγειν. Et hanc eorundem iterationem natura ipſa, & officinæ coctionum in noſtro corpore non tantum uidentur approbare, ſed etiam dictare & præſcribere. Certum enim eſt, cibum & potum quantumuis ſalubrem & bonum, à uentriculo de nouo in pulteam maſſam conuerti, per famulantẽ natiuum calorem, nec tamen hanc nutriendo corpori cõuenientem eſſe. Quare idem chylus ſorbillando ex inteſtinis per uenas meſaraicas exhauſtus, & in hepar tranſportatus, illius noua quadam & ſpecifica uirtute αἱματοποιῷ perfectius coquitur:

& ſe-

& ſegregatis humoribus excrementicijs, per uenas uelut imbrices ſanguis riguus, & alendo corpori idoneus diſpenſatur, ſeu deriuatur. Sic non inutiliter ſemel explicata à quouis pars artis, denuò ab alio ad incudem reuocatur, qui ſua quadam ingenij acie & dote diuinitùs adiutus, uel perfectius coquit, uel illuſtrat, & nonnullos errores à ſeſe animaduerſos remouet, & fontem uerioris doctrinæ omnibus fideliſsimè & rectiſsimè communicat.

Platonis ergo dulciſsima admonitione, & naturæ ipſius teſtimonio motus: & quia iunioribus, quibus prolixitas minus commoda eſt, prodeſſe uolui, & ſinguli prodeſſe debemus: breuem σύνοψιν contraxi eorum quæ de ponderibus & menſuris ab alijs prolixè tradita ſunt, ut uno intuitu tota rei ſumma obuia eſſet. In qua σύνοψει quicquid eſt, ex candida mente profectum eſt, ne iunioribus ex hac parte deeſſem, cum neceſſarius ſit menſurarum & ponderum uſus in medicina, & communi uita. Et Deus ipſe utriuſq; partis legitimum uſum præcepit, cap. 16. Prouerbiorum, quando inquit: Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, & opera eius omnes lapides ſacculi. hoc eſt: Deus approbat pondera & menſuras, & ambo legitimè & iuſtè uult uſurpari. Unde etiam Ethnici ſaniores magnam curam in hanc partem poſuerunt, ne menſuræ deprauarentur. Aegyptij enim, ut Diodorus Siculus refert, ei qui menſuras & pondera mutaſſet, ambas manus amputarunt. Athenienſes etiam, ne cui facere fraudem impunè liceret, quindecim μετρονόμους ordinarūt: quorum munus fuit, ut uendentibus legitima eſſent pondera, iuſtæq;

menſuræ. Romæ & in tota Italia hoc officium ædilium erat. Venetijs adhuc ædiles hoc munere fungi dicuntur, qui omnibus mutantibus pondera & menſuras mulctam irrogant. Sic etiam aliæ ciuitates bene conſtitutæ, ſummo ſtudio cauere ſolent, ne aliqua ponderum uel menſurarum deprauatio irrepat.

Dedico autē tibi, uir generoſiſſime, quia hanc opellam tibi non ingratam fore intellexi: & quia multis tua prudentia, uirtus, & in ſtudioſos omnes beneficentia perſpecta eſt. Et peto, ut has primitias & guſtum ſtudiorum meorum benignè accipias. Bene & fæliciter in Domino noſtro IESV CHRISTO *uale, cum omni tua familia, cognatis & affinibus.* γλυκὺ γὰρ ὅτι, *ut Pindarus ait,* τὸ τέλος καὶ ἀρχὴ αὔξει ὀρνύντος θεοῦ.

Die Paſchatis, Anno LIIII.

ΣΥΝΟΨΙΣ DE MENSVRIS ET PONDERIBVS:

MICHAELE NEANDRO ex Valle Ioachimica autore.

ANTE omnia hoc tenendũ eſt, quòd Menſura (Græci μέτρον, ἀπὸ τοῦ μετρεῖν, hoc eſt, à menſurando nominant) tam arida, quàm liquida reſpiciat; hoc eſt, quòd ſit uel aridę rei, ut frumenti, fructuum, leguminum, aut nucleorum: uel humoris, ut uini, mellis, olei, aquæ, uel aceti quantitas aliqua, non pondere, ſed uaſis cauitate menſurata. Humores tamen nonnulli, item ſucci, etiam ponderationem recipiunt.

Econtrà autem Pondus (Græcis σταθμὸς) eſt moles aliqua uel liquoris, uel aridæ rei, pondere ſiue grauitate æſtimata: ſecundum quæ pondera, res aut leues aut graues cenſentur.

Etſi autem utriuſq; partis accurata cognitio liberalium artium ſtudioſis omnibus ad intelligendos autores neceſſaria eſt: tamẽ magis utilis & neceſſaria eſt tam θεωρητικῷ quàm practico medico, ne errore inemendabili commiſſo in menſuris & põderibus, uel inſcitia, uel negligentia, uel maleficio circumforanei pharmacopolæ, ſi tolerabiliter res cadat, dolor excitetur:

uel quod longè triſtius eſt, & crebrius ſit, interitus accerſatur.


Hinc ſecundo loco prætereundum non eſt, multiplices fuiſſe olim tam menſurarum quàm ponderũ, & in aridis & in liquoribus differentias: pro locorum, regionum & gentium diſcrimine, huic tractationi notabilem difficultatem inducente. Quæ cum omnes tradi nequeant, nec omnem uarietatem noſſe magnopere referat, tantum numerabũtur & deſcribentur, quorum frequens uſus eſt uel apud medicos, uel apud alios authores: ne ſupra modum limando uel periclitetur, uel etiam amiſſa ueritas peregrinetur. quatuorq́; tantum tam ponderum quàm menſurarum diſcrimina partim à natione, partim ab officijs perſonarum ſumpta conſtituentur: aliæq́; mẽſuræ Græcæ, aliæ Romanæ, aliæ itẽ Georgicæ, aliæ Hippoiatricæ nuncupabũtur. Inſuper autem ſeruabimus hanc in noſtra συνόψει methodum, ut ubiq́; primo loco nomenclaturam tam menſurarum quàm ponderum, ſiue Athenienſium, ſiue Romanorum, ſiue Georgicorum, ſiue Hippoiatrorum, unà cum χαρακτηρισμῷ, hoc eſt, characterũ deſignatione tradamus. Hinc tabellam, oſtẽdentem quoties maior menſura minorem, ſed proximam tantum cõtineat, pondus'ue maius, minus proximumq́; tantum pendat, ſubijciemus. Tandem in menſuris alteram tabellam annectemus,

ctemus, oſtendentem quot libras menſurales, harum'ue partes quælibet menſura capiat. Vltimò tertia tabella, uelut κανόνιον, totam uarietatem, quoties quęlibet menſura maior quamlibet minorem capiat, pondus'ue maius quodlibet minus pendat, cōplectens, attexetur. Nec tamen τὸ ὅτι tantum tradetur, ſed etiam τὸ διότι, & cōfirmatio præmiſſorum addetur, noſtræq́ opinionis & ſententiæ βεβαίωσις: ne ſententiæ noſtræ exædificatio labefactata, uel ruinam minitetur, uel etiam prorſus collabatur. δεῖ γὰρ μὴ ἀμάρτυρα καὶ ἀδίαστοτα φάσκειν, ut ait Theodorus Gaza. Hæc non incōmoda methodus eſſe, non mihi tantum uidetur: ſed alijs quoq; uolentibus dextrè iudicare, proculdubio recta & apta eſſe uidebitur.

DE MENSVRIS ROMANORVM IN LIQVOribus.

NOMENCLATURA ET χαρακτηρισμὸς menſurarum Romanarum liquidarum.

1 Culeus charactere caret.

2 Amphora, aliàs Quadrantal, à figura pedis quadrati. Fuit enim amphora figura cubica. Nota eius eſt, —— 

3 Vrna —————————— 

4 Congius ———————— Ʒ

5 Sextarius ———————— Ͻ

6 Hemina ———————— ϽS

7 Quartarius ———————— Q

8 Acetabulum

9 Cyathus ———————— Cv

10 Ligula, ſiue μύϛρον. Item Cochlearium, à ſimilitudine teſtæ ipſius cochleę, quæ aliquam concauitatem habet.

1 *TABELLA, DE MENSURIS Romanis liquorum, continens quoties maior minorem, proximumq; tantum complectatur.*

1 Culeus capit 20 amphoras.

2 Amphora duas urnas. Vocatur autem amphora Capitolina, quia Ioui ſacrata, in Capitolio ſuſpenſa fuit. Memoraturq; Maximinus ſæpe die uini Capitolinam amphoram bibiſſe, & comediſſe 40 libras carnis.

3 Vrna, quatuor congios.

4 Congius, ſiue Congiarium, ſex ſextarios.

5 Sextarius Italicus, Romanus, ſeu Vrbicus, duas heminas.

6 Hemina, duos quartarios.

7 Quartarius, duo acetabula.

8 Acetabulum, $1\frac{1}{2}$ cyathum.

9 Cya-

9 Cyathus, quatuor ligulas.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ NOSTRAE SENTENtiæ, ex authoribus probatis extructa, ad labefactandas ἑτεροδόξους γνώμας.

1 Culeum 20 amphoras capere, ex uerbis Plinij κατὰ συλλογισμὸν, expeditè colligi poteſt, quando inquit cap. 4. lib. 14. Singula iugera ſeptenos culeos, hoc eſt, amphoras 140 muſti dedêre. Vox autem ipſa à Græca κολεὸς fluxit, quæ ſignificat utrem, ſeu uaginam: ſicut æſtimari poteſt ex eo, quod Valerius Maximus libro primo inquit, de Tarquinio, quòd Marcum Tullium culeo inſutum, in mare præcipitarit, ſeu abiecerit.

2 Sic Amphoram, quæ & à figura Quadrantal nominatur, ut prius diximus, duarum urnarum eſſe, Columella apertè teſtatur, inquiẽs cap. 20. libri 12. binas amphoras 4 urnarũ eſſe. Singulæ ergo amphoræ tantum duas capiunt urnas. Vocabulum ipſum deductum eſt à Græcis, qui primùm ἀμφορέα nominant uas utrinque anſas habens. Theocritus ἀμφῶδιν uocat. Deinde etiam menſuram Romanæ amphoræ inæqualem, hoc nomine enunciant.

3 Vrnam denique quatuor congiorum eſſe, ex Voluſio Metiano apertè & manifeſtè colligitur. Sic enim inquit: Amphora duas urnas, id eſt, congios octo continet. Vnde certum eſt, cum urna ſit ſemiſsis amphora, ipſam quatuor

 congios

congios comprehendere.

4 Sic cõgium capere ſex ſextarios, idem Voluſius indicat, quando inquit: Quadrantal congios octo, id eſt, 48 ſextarios habet. Si igitur octo congijs 48 ſextarij reſpondent, uni congio ſex ſextarios reſpondere, ratio ipſa ſupputationis loquitur.

5 Sextarius autem heminas duas habet: quia hemina ab ἥμισυ dicta, dimidia pars eſt ſextarij, ut Feſtus Põpeius ait. Sed manifeſtius probat uerſus ſequens Fannij:

Heminas recipit geminas ſextarius unus.

Quia autem unus congius eos ſex capit, ſextarij appellatio inuenta eſt.

6 Hemina uerò duos recipit quartarios, teſte Metiano Voluſio, nobili Iuriſconſulto: à medietate, quæ ἥμισυ dicitur, nomen ſortita.

7 Quartarius deniq; duo acetabula habet, teſte Plinio lib. 21. cap. poſtremo, quando inquit: Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartã partem. Quartarius ergo, quem dimidium eſſe heminæ, ex teſtimonio Voluſij ſumi poteſt, duo acetabula cõplectitur. Dictus autem eſt quartarius, q̃ ſit quarta pars ſextarij.

8 Acetabulum, ab aceto denominatũ, ſeſquicyathum continere, hinc patet, quòd Fannius de cyathis loquens inquit:

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ, ſi appendere tentes.

Oxybaphus fiet, ſi quinq; (quæ ſunt dimidiũ unius

cyathi)

cyathi) *addantur ad illas.* Cōtinet ergo cyathum unum & ſemiſſem.

9 Ad eundē modum cyathus, ἀπὸ τοῦ χύειν, id eſt, à fundendo denominatus, quatuor ligulas complectitur: & horum duodecim ſextarium, id eſt, 48 ligulas conſtituunt.

10 Ligula autē, ſiue cochleariū, uel cochlear, quartam partē cyathi ſignificat. Syluius etiam μύστρον nominat. Nonnulli ſimpliciter Linguam uocant.

11 TABELLA, EARVNDEM menſurarum capacitatem in libris explicans: ſiquidem etiam hic libra μετρικὴ, hoc eſt menſuralis, continens XII uncias, locum habet. Germanis uocatur **ein pfundtmas.**

SCiendum autem hic prius, quòd etſi Libra pro uarietate ſcriptorū & hominū ea utentium multipliciter uſurpatur (aliquando enim mercatoribus libra ζυγοστατικὴ uſitata, 16 uncias, aliquādo uerò Medicis 12 uncias complectitur) tamen nos non temerè libram 12 unciarum facimus, ſiue de menſura, molis (τοῦ ὄγκου) iudice, ſiue de pondere, grauitatis (βάρους) iudice loquamur. Eſt enim interdum menſura, capiens 12 uncias, & uocatur libra menſuralis, Græcè λίτρα μετρικὴ. Huius quoq; unciæ, & reliquæ partes omnes menſurales intelligendę ſunt: interdū uerò pondus eſt pendens 12 uncias,

cias, quæ uocatur λίτρα σταθμική, id eſt, ponderalis. Eodem modo etiam partes σταθμικαὶ intelliguntur. illæ libræ cuiq; menſuræ certæ & inuariabiles, hę pro rerum menſuratarum uarietate uariabiles ſunt. Quòd autem dupliciter intelligatur libra, ſemel λίτρα σταθμῷ, id eſt, libra pondo: ſemel λίτρα μέτρῳ, id eſt, libra menſura, Galenus lib. 1. de Compoſitione medicamentorum ſecundum genera, euidentiſsimè oſtendit. Verba eius hæc ſunt: καλεῖται γὰρ ὑπὸ ῥωμαίων ὁμωνύμως ὁ λιτραῖος σταθμὸς τῶν στερεῶν σωμάτων, τῷ λιτραίῳ μέτρῳ τῶν ὑγρῶν, ὃ πάμπολυ κατὰ ὅλην τὴν πόλιν ἐστὶν ἐξ ὕλης κερατίνης γιγνόμενον. Hoc eſt: Vocatur à Romanis eodem planè nomine, ſolidorū corporum librale pondus, ſicuti libralis menſura humidorum, quę in urbe ex cornea materia efficta fuit. Inſuper autem utrobiq; eaſdem partium appellationes in uſu eſſe, non prætereundum eſt, pro menſuris quidem καταχρηστικῶς, aliàs autem in ponderibus propriè & legitimè. Neq; temerè, ſed ex ſententia Galeni, utriq; uncias 12 aſsignamus. Sic enim inquit lib. 3. Compoſ. pharmacorum ſecundum genera: ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς μέτρον, ᾧ τὸ ἔλαιον μετροῦσιν, ἐντετμημένον γραμμαῖς διαιρούσαις τὸ σύμπαν εἰς μέρη δώδεκα. καὶ καλεῖται μὲν τὸ ὅλον μέτρον ὑπ' αὐτῶν, λίτρα· τὸ δωδέκατον δ' αὖ τοῦ, οὐγγία. Id eſt: Apud Romanos eſt menſura, qua oleum mēſurant, inſculptas habens lineas, totam

totam menſuram in duodecim partes diuidentes. Integra autem mēſura uocatur Libra: pars uerò ipſius duodecima, nominatur Vncia. Ex quibus perſpicuum eſt, libram menſuralem 12 uncias capere, & libralibus cornibus liquida uendita eſſe. Erant enim lineæ quædam in orbem in ipſis cornib. extrinſecus inſculptæ, quarum interuallum erat capax unciæ: ſicuti hodie in libris menſuralibus ſtanneis tubercula quædam uelut ἑλκύδρια, id eſt ulcuſcula ſignantur.

1	Culeus capit libras	1600			
2	Amphora	80			
3	Vrna	40			
4	Congius	10			
5	Sextarius	1	Vncias 8		
6	Hemina		10		
7	Quartarius		5		
8	Acetabulum		$2\frac{1}{2}$		
9	Cyathus		$1\frac{1}{2}$	Drach.1	Scrip.1
10	Ligula			3	Scrip.1

Huius tabellæ fundamentū eſt ſextarius Romanus (Atticus enim Medicis uſitatus, 18 uncias habet) quem ubi 20 uncias mēſurales continere probauerimus, tabella eſt firmata ſatis. Multiplicatio enim in maioribus, & econtrà diuiſio in minoribus, hos numeros producit.

Budæus quidem, uir eximiè doctus & generoſus, 24 uncias tribuit ſextario; & ſic ipſum du

pondium

pondium facit, nixus Heſychio & Iſidoro: ſicut etiam Glareanus dupondium eſſe ſcribit. Alciatus uerò, uir egregie doctus, tantum 15 uncias attribuit. Portius deniq;, diligens alioqui & acer rerum obſcurarum inueſtigator, 20 unciarum ponderalium facit: alij etiam 18 uncias eidem aſsignarũt. Sed omnes ex hac parte (neque enim quid durius dicendum eſt) dormitarunt. Sic enim inquit Galenus de ſextario Romano, lib. 1. Comp. pharm. ſecundum genera: παρὰ γοῦν τοῖς ῥωμαϊκοῖς ὁ ξέστης ἔχει μίαν λίτραν, καὶ ἡμίσειαν, καὶ ἕκτον, ὡς εἶναι τὰς πάσας οὐγγίας κʹ. ἃς ὡς τὸ πολὺ τοῖς κέρασι μετροῦσι, ὡς δὴ τετμημένοις ἔξωθεν γραμμαῖς τισι κυκλοτερέσιν. ἔνιοι δὲ ψευδῶς ὑπειλήφασι, τὸν ῥωμαϊκὸν ξέστην ὀκτὼ καὶ δέκα μετρικὰς ἔχειν οὐγγίας. Id eſt: Apud Romanos ſextarius libram unã, & ſemiſſem, cum ſexta ipſius parte capit, ut in uniuerſum ſint unciæ 20: quas plerunq; cornibus, quibus in orbem extrinſecus circunſcriptæ ſunt quædam lineæ, metiuntur. Nonnulli ergo falſò ſtatuerunt, ſextarium Romanum 18 uncias menſurales comprehendere. Idem prorſus aſſeuerat Oribaſius. Sextarius enim, inquit, libram & octo uncias habet.

Cæterùm idem ratiocinando colligi poteſt ex cõpoſitione Andromachi, ubi iubet ſumere quartam partẽ cotyles, ſeu heminæ, de roſaceo, hoc eſt, uncias $2\frac{1}{2}$. Cotyla igitͤ ſextarij dimidium 10 uncias, & totus ſextarius 20 uncias habet.

III. TA-

III TABELLA, OB OCULOS PONENS, QUO-
ties quælibet maior menſura non proximam tantum, ſed unamquamq; ſe minorem capiat, adiectis menſurarum characteribus.

	q	qS	Ɛ	Ͻ	ϽS	Q		Kv	
	Amphoras	Vrnas	Congios	Sextarios	Heminas	Quartarios	Acetabula	Cyathos	Ligulas
Culeus	20	40	160	960	1920	3840	7680	11520	46080
	Amphora	2	8	48	96	192	384	576	2304
		Vrna	4	24	48	96	192	288	1152
			Congius	6	12	24	48	72	288
				Sextarius	2	4	8	12	48
					Hemina	2	4	6	24
						Quartarius	2	3	12
							Acetabulū	$1\frac{1}{2}$	6
								Cyathus	4

Appendicis loco, ὥσπερ συμπερασμάτιον atteximus, ſextarij in 12 cyathos partitionem: ſicut alioqui As & Libra in 12 uncias findũtur. Vnde fit, ut etiam hic partes iiſdem appellationibus enuncientur.

Continet ergo

1 Sextãs duos cyathos. Vt apud Suetonium in Octauio Auguſto: Quoties largiſsimè ſe inuitauit, ſenos ſextantes nõ exceſsit; id eſt, duodecim cyathos, qui ſextariũ conſtituunt. Vnde facile eſt coniecturare, quòd pocula habuerit, quæ ſextantem, id eſt, duos cyathos caperent.

2	Quadrans continet	3 cyathos.
3	Triens	4
4	Quincunx	5
5	Semis ex uſu uix eſt: cuius loco uel Hemina, uel 6 cyathi dicuntur.	
6	Septunx	7 cyathos.
7	Bes	8
8	Dodrans	9
9	Dextans	10
10	Deunx	11 cyathos complectitur.

Hactenus de menſuris Romanorum liquidis.

DE MENSVRIS ROMANIS IN ARIDIS.

NOMENCLATVRA ET χαρακτηρισμὸς menſurarum Romanarum in aridis.

Modius ————	M̊
Semodius ————	M̊S
Sextarius ————	Ͻ
Hemina ————	ϽS
Acetabulum.	
Cyathus ————	Ku

I TABELLA MENSVRArum Romanarum in aridis, continens, quoties maior minorem, & quidem proximum tantum complectatur.

Modius capit	2	ſemodios.
Semodius	8	ſextarios.
Sextarius	2	heminas.
Hemina	4	acetabula.
Acetabulum	1½	cyathum.
Cyathus	4	ligulas.

ΒΕΒΑΊΩΣΙΣ.

Modium autem, à modo dictum, duos ſemodios continere, uox ipſa ſemodij clarè oſtendit. Eidem autem ſextarios 16 competere, uel

inde manifeſtum eſt, quód Voluſius inquit: Quadrantal tres modios, ſex ſemodios, 48 ſextarios capit. Cum ergo tribus modijs competant 48 ſextarij, uni modio 16 debentur: & per conſequens, ſemodio octo ſextarij.

Sextariū duas heminas capere, heminamq́ quatuor acetabula, ex ſuperiorib. perſpicuum eſt. De reliquis mēſuris aridis non eſt dubium.

II TABELLA, EARUNDEM *menſurarum aridarum capacitatem ſecundum libras explicans.*

Pendet autem hæc tabula ex priori fundamento de ſextario, quòd uidelicet capiat 20 uncias, hòc eſt, libram, & octo uncias. Reliquis enim menſuris regula proportionum τὸ μόριον ὑπερβάλλον attribuit.

Modius capit	26 libras,	8 uncias.		
Semodius	13	4		
Sextarius	1	8		
Hemina		10		
Acetabulum		2½		
Cyathus		1½	Drach. 1	Scrip. 1
Ligula			3	1

III TABELLA, MONſtrans, quoties quælibet menſura Romana in aridis unamquamqꝫ ſe minorem capiat.

M̊ M̊S Ɔ ƆS Kυ

	Semod.	Sextar.	Hemin.	Acet.	Cyath.	Ligul.
Modius	2	16	32	128	192	768
	Semod.	8	16	64	96	384
		Sextar.	2	8	12	48
			Hemin.	4	6	24
				Acet.	$1\frac{1}{2}$	6
					Cyath.	4

Hactenus de menſuris Romanis, tam aridis quàm liquidis.

DE MENSVRIS ATTICIS, SEV MEDICIS (FERE' ENIM, ut Plinius loquitur, Attica obſeruatione Medici utuntur) quo ad liquores.

ROMANARVM menſurarum expedita fuit ratio, propter celebritatem eius Reipub. maximæ, & quia ubiqꝫ eædem mẽſurȩ fuerũt in uſu. Græcarum uerò intricatior doctrina eſt: non quòd Græcia fuerit aut ſit ingloria, ſed quòd in diuerſis Græciæ locis diuerſæ menſurȩ habitæ ſunt. Quare etiã aliæ Atticæ, aliȩ Epheſiæ, uel etiam

Alexandrinæ dicuntur. Imò uno eodemq́ꝫ in loco diſsimiles menſuræ uſitatæ fuerunt, aliæ alijs capaciores, uel etiam minores: aliæ medicis, aliæ georgis, aliæ hippoiatris familiares.

Dicemus autem primùm de Medicis, quas etiam Atticas uocamus: ſecundò de Georgicis, tertiò demum de Hippoiatricis, ſiue Veterinarijs. Neque tamen hic ita ſentiendum erit, Græcos medicos his ſolis menſuris uſos eſſe: quia etiam Romanis uſi ſunt, nihil quidquam mutata capacitate.

NOMENCLATVRA ΚΑῚ ΧΑΡΑΚΤΗΡΙΣΜῸΣ menſurarum Atticarum liquidarum.

1 μετρητής, Amphora Attica, Cadus, κεράμιον, στάμνος, στάμνιον, δεῖνος. — κερ
2 χοεὺς, χοῦς, Congius. —————— χο
3 ξέστης, Sextarius. —————— ξε uel ξ
4 κοτύλη, Cotyla, ἡμίξεστον, Hemina, τρύβλιον. —————— κο uel τρυ
5 ἡμικοτύλιον, Quartarius, τέταρτον.
6 ὀξύβαφον, ſiue Concha maior. —— ξο
7 κύαθος. —————— κυ
8 κόγχη, nota caret.
9 μύστρον. —————— μυ
10 χήμη. —————— χη

I TABELLA, EXPLICANS, *quoties ex menſuris Atticis liquorum qualibet maior minorem, & proximam tantum complectatur.*

1	μετρητής	habet	12	choas.
2	χοῦς	habet	6	ſextarios.
3	ξέστης	habet	2	cotylas.
4	κοτύλη	habet	2	quartarios.
5	ἡμικοτύλιον	habet	2	oxybapha.
6	ὀξύβαφον	habet	1½	cyathum.
7	κύαθος	habet	2	conchas.
8	κόγχη	habet	2	myſtra.
9	μύστρον	habet	1¼	chemam.
10	χήμη	habet	2	cochlearia.

BEBAΙΩΣΙΣ PRIMAE *tabulæ*.

1 μετρητὴν, ἀπὸ τοῦ μετρεῖν denominatum, 12 choas habere, Nicander probat, quando metretæ 72 ſextarios attribuit. Siquidem enim unum choa ſex ſextarij conſtituunt, 72 ſextarij 12 choas efficiũt, metretę debitos. Aliàs κάδος nominatur, ἀπὸ τοῦ χάδειν, id eſt, capacem eſſe.

2 χοῦα deniq; ſex ſextarios cõplecti, ex Cleopatræ κοσμητικοῖς notum eſt, cuius reliquię de ponderibus & mẽſuris non immeritò probantur. Verba eius hæc ſunt: ὁ χοῦς ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα, ξέστης δὲ ἥμισυ. Menſura

ſura ipſa à fundendo nomen habet: χέειν enim ſignificat fundere.

3 ξέστην duas cotylas habere, teſtatur Galenus lib. ·. de Compoſ. pharm. ſecundum genera, inquiens: ὁ ἥρας ὅταν κοτύλην γράφῃ, τὸ ἥμισυ τοῦ ξέστου σημαίνειν ἔοικεν. Id eſt: Quando Heras cotylam ſcripſerit, dimidium ſextarij uidetur intelligere.

4 Sic κοτύλην (quę aliàs etiam ζυβλίον dicta eſt, ſicut perſpicuum eſt ex uerbis Cleopatræ, quando inquit: τὸ ζυβλίον τὸ αὐτὸ μέτρον χωρεῖ τῇ κοτύλῃ, ἔχει γὰρ μέτρῳ κυάθους ς´) capere duo ἡμικοτύλια, uox ipſa ſemicotylij probat.

5 ἡμικοτύλιον autem, ſiue τέταρτον, dictū hoc nomine, quòd ſit quarta ſextarij pars, duo oxybapha complectitur, teſte Plinio, capite ultimo libri 21.

6 ὀξύβαφον deinceps, à Serapione dictum τέταρτον κοτύλης, quoniam quarta cotyles pars eſt, $1\frac{1}{2}$ cyathos continet. Cotyla enim ſex cyathos habet, ſicut ex prioribus liquet.

7 κύαθος ἀπὸ τοῦ χύειν, id eſt, à fundendo dictus, duas conchas habet, ut docēt uerba Cleopatræ, quando inquit: ἡ ἐλάττων κόγχη μέτρῳ ἔχει ἡμικύαθον. Siquidem enim ſemicyathus unam concham habet, cyathum duas conchas complecti neceſſe eſt.

Reliquarum menſurarum, conchyliorū nominibus appellatarum capacitas, ex Cleopatra probatur,

probatur, cuius reliquiæ doctiſsimæ ſunt.

II TABELLA, EARVNDEM *menſurarum Atticarum in liquoribus quantitatem explicans ſecundum libras.*

Fundamentum, ſuper quod extruitur hæc tabella, eſt κοτύλη, quæ capit nouẽ uncias menſurales. Multiplicando enim in ſuperioribus ſeu amplioribus menſuris, & diuidendo in inferioribus, hi numeri proueniunt.

1	μετρήτης, capit 108 libras.					
2	χοῦς,	9				
3	ξέστης,	$1\frac{1}{2}$				
4	κοτύλη,		9 uncias.			
5	ἡμικοτύλιον,		$4\frac{1}{2}$			
6	ὀξύβαφον,		2	Drach. 2		
7	κύαθος,		$1\frac{1}{2}$			
8	κόγχη,			6		
9	μύστρον ἔλαττον,			3		
10	χήμη,			2.	Scr. 1.	Gr. $4\frac{4}{5}$
11	κοχλιάριον,			1	$\frac{1}{2}$	$2\frac{2}{5}$

TABELLAE CONFIRMATIO.

Cotylam uncias nouem menſurales habere, certum eſt ex Galeni libro quinto Comp. pharmac. ſecundum genera, pag. 384. dicente: ὁ μὲν γὰρ ἥρας, ρπ' δραχμὰς ἔγραψεν εἰς σταθμὸν ἀναλόγων, οὐκ εἰς μέτρον τὸ ἔλαιον, ὡς ξ' δραχμὰς ἐλκούσης τῆς κοτύλης. καὶ γὰρ ἕλκει ἥγε ἀττικὴ θ' οὐγ-

d γιῶν

γιῶν οὖσα τῶν ἰταλικῶν. ἕλκουσι γὰρ αἱ θ' οὐγγίαι ἰταλικαὶ, αἱ ἐν τοῖς κατατετμημένοις κέρασιν ἑπτὰ καὶ ἡμίσειαν οὐγγίας σταθμικὰς, αἵ τινές ξ' δραχμαὶ γίνονται, τῆς μιᾶς οὐγγίας ή' δραχμὰς δεχομένης. Hoc eſt: Heras quidem 180 drachmas ſcripſit, ad pondus, non ad menſurã oleum examinãs, ſiue referens, tanquam cotyla trahat ſiue pendat drachmas 60. Et quidem Attica cotyla, nouem unciarum Italicarum exiſtens, tot drachmas pendit. Nouem enim Italicę unciæ, in cornibus inſectis diſtinctæ, pẽdunt 7½ uncias ponderales: quæ 60 drachmæ fiunt, ſi unciæ uni, octo drachmæ attribuantur.

III TA-

III TABELLA, OSTENDENS, QUOTIES

qualibet menſurarum Atticarum in liquoribus unamquamq; ſe minorem contineat.

μετρ	χο	ξε	κο		ξο	Κυ		μυ	χη	
	Choas	Sextar.	Cotylas	Quartar.	Oxyba.	Cyathos	Conchas	Myſtra	Chemas	Cochlia.
Metret.	12	72	144	288	576	864	1728	3456	4320	8640
	Chus	6	12	24	48	72	144	288	360	720
		Sextar.	2	4	6	12	24	48	60	120
			Cotyla	2	4	6	12	24	30	60
				Quartar.	2	3	6	12	15	30
					Oxyba.	$1\frac{1}{2}$	3	6	$7\frac{1}{2}$	15
						Cyathus	2	4	5	10
							Concha	2	$2\frac{1}{2}$	5
								Myſtrũ	$1\frac{1}{4}$	$2\frac{1}{2}$
									Chema	2

Notentur

ῥυτὸν, id eſt 2 choes.

ἐλέφας, id eſt 3 choes.

DE MENSVRIS ATTICIS QVO AD ARIDA.

MENSVRARVM ATTICArum in aridis nomenclatura & χαρακτηρισμός.

1 μέδιμνος ——— με
2 χοῖνιξ ——— χυ
3 ξέστης ——— ξε
4 κοτύλη ——— κο
5 ὀξύβαφον ——— ξο
6 κύαθος ——— κυ
7 κοχλιάριον.

I TABELLA ARIDARVM menſurarum Atticarum, oſtendens, quoties quælibet maior proximè minorem capiat.

μέδιμνος continet 48 chœnicas. Huic Attico medimno æqualis eſt Siculus.

χοῖνιξ	1½	ſextarium.
ξέστης	2	cotylas.
κοτύλη	4	oxybapha.
ὀξύβαφον	1½	cyathum.
κύαθος	10	cochliaria.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ PRAEMISſæ partis.

1 μέδιμνος, teſte Suida, habet 48 chœnicas. Sic enim inquit: μέδιμνος μέτρον χοινίκων μή.

2 χοῖνιξ

2 χοίνιξ autē ex Cleopatræ uerbis habet tres cotylas. Sic enim inquit: χοίνιξ ἔχει μέτρῳ κοτύλας τρεῖς.

De reliquis teſtimonia apud Galenum paſſim extant, ut non uſqueadeò opus ſit probatione. ξέστην enim ſeminis ſelini, κοτύλην gallæ, ὀξύβαφον piperis, & cyathū ſalis, legimus apud Galenum in libris de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos.

II TABELLA, TRADENS earundem menſurarum Atticarum in aridis capacitatem, quo ad libras & earum partes attinet.

μέδιμνος, cōtinet 108 libras.

χοίνιξ,	$2\frac{1}{4}$		
ξέστης,	$1\frac{1}{2}$		
κοτύλη,		Vnc.9	
ὀξύβαφον,		2	Dra.2
κύαθος,		$1\frac{1}{2}$	
κοχλιάριον,			Dra.1.Scr.$\frac{1}{2}$.Gr.$2\frac{2}{5}$

III TABELLA, PATEFAciens, quoties quælibet maior minorem in ſe contineat.



	Chœn.	Sext.	Cotyl.	Oxyb.	Cyath.	Cochl.
Medim.	48	72	144	576	864	8640
	Chœn.	1½	3	12	18	180
		Sext.	2	8	12	120
			Cotyl.	4	6	60
				Oxyb.	1½	15
					Cyath.	10

Hactenus de menſuris Atticis quàm ſimplicisſimè.

DE MENSVRIS GEORGICIS LIQVIDIS.

De his Georgicis, ſicut res ipſa poſtulabat, dici non poteſt: eo quòd ſcriptores rei ruſticę fermè omnes, ac alij quàmplurimi interierũt. Collatio autem oſtendit, inter menſuras Atticas & Georgicas proportionem ſeſquialteram intereſſe, ut aliquis coniectura adductus, & à Plutarcho per uitam Solonis admonitus, non malè ambas Græcas dixerit, illas quidem Atticas ueteres, has uerò Georgicas à Solone auctas. Siquidem à Solone, ut Plutarchus refert in uita Solonis, in menſurarum ἐπαυξήσει, & numiſmatum

ſmatum τιμῆ mutatio facta eſt.

NOMENCLATVRA MENSVRArum Georgicarum liquidarum.

1	μετρητὴς,	Metretes.
2	ἀμφορεὺς,	Amphoreus.
3	χοῦς,	Chus.
4	κοτύλη,	Cotyla.
5	ὀξύβαφον,	Oxybaphum, nonnunquam τρυβλίον uocatur.
6	κύαθος,	Cyathus.
7	μύστρον,	Myſtrum.

I TABELLA, CONTINENS, *quoties quælibet maior proximè minorem complectatur.*

1	μετρητὴς habet	2	amphoreas.
2	ἀμφορεὺς,	4	choas.
3	χοῦς,	12	cotylas, ſiue 9 ſextarios.
4	κοτύλη,	4	oxybapha.
5	ὀξύβαφον,	$1\frac{1}{2}$	cyathum.
6	κύαθος,	4	myſtra.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ.

1 μετρητὴν duas amphoreas capere, ex Cleopatræ uerbis manifeſtum eſt, quando inquit: μετρητὴν inueni 72 ſextariorum, ἀμφορέα autem 36 ſextariorum. Facile enim eſt æſtimare, cum μετρητὴς 72, id eſt, bis 36 ſextarios contineat, eum duas ἀμφορέας capere.

2 ἀμφο-

2 ἀμφορεὺς quatuor choas habet. quod inde perſpicuum eſt, quia 48 cotylas, teſte Cleopatra, cōplectitur: quarum cum 12 uni choi competant, & 12 in 48 cōtineantur quater, Arithmeticus ὠσυλλογισμὸς conuincit uni amphoreo quatuor choas attribuendos eſſe.

3 χοῦς 12 capit cotylas, Cleopatra teſte, quæ ſic inquit: χοῦν inueni 12 cotylarum.

4 κοτύλη quatuor oxybapha habet. reliqua declaratione uſq; adeò non egent, cum ex Cleopatra conſtet, ὀξύβαφον quartam partem eſſe cotyles, & cyathum eiuſdem ſextam partem. Capit ergo ὀξύβαφον $1\frac{1}{2}$ cyathum. κύαθος autem quatuor myſtra complectitur: quia Fannius inquit, μύστρον cyathi quarta pars.

II TABELLA, EXPLICANS quantitatem earundem menſurarum ſecundum libras & uncias menſurales.

Libralis menſuratio ex eo uelut fundamento dependet, quòd κοτύλη georgica capiat $\frac{3}{4}$ ſextarij. Cum enim χοῦς capiat nouem ſextarios, ſiue, quod idem eſt, 12 cotylas, facilè hoc quod diximus, inde æſtimari poteſt, nempe inter nouem ſextarios & 12 cotylas eſſe proportionem ſupertripartientem quartas. Faciunt autem $\frac{3}{4}$, uncias $13\frac{1}{2}$: aſsignatis ſextario, id eſt, quatuor quartis, uncijs 18. Hinc reliquis maioribus menſuris multiplicando, & minoribus diui-

diuidendo, partes debitæ ſeu reſpondentes attribuuntur.

1	μετρητὴς, habet 108 libras.			
2	ἀμφορεὺς,	54		
3	χοῦς,	13½		
4	κοτύλη,	1 lib.	1½ unc.	
5	ὀξύβαφον,		3 unc.	3 drach.
6	κύαθος,		2	2
7	μύστρον μεῖζον,			4½

III TABELLA, EXPONENS, quoties quælibet menſura maior quamlibet minorem capiat.

	Amph.	Chous	Cotyl.	Oxyb.	Cyath.	Myſtra
Metre.	2	8	96	384	576	2304
	Amph.	4	48	192	288	1152
		Chus	12	48	72	288
			Cotyl.	4	6	24
				Oxyb.	1½	6
					Cyath.	4

DE MENSVRIS GEORGICIS ARIDIS.

NOMENCLATURA MENſurarum Georgicarum in aridis.

1 μέδιμνος,
ἡμιμέδιμνος,
τριτεὺς,

e ἑκτεὺς,

ἑκτεύς, ἢ τὸ ἕκτον.
ἡμίεκτον, ἢ τετράμετρον, ἢ δωδέκατον.
ἡμιδωδέκατον.
2 χοῖνιξ, ἢ μέτρον.
3 ἡμιχοινίκιον.
4 κοτύλη.
5 ὀξύβαφον.
6 κύαθος.

I TABELLA, OSTENDENS, *quoties maior menſura proximè minorem capiat.*

1 μέδιμνος capit 48 chœnicas, teſte Ariſtophanis interprete in Nubibus, qui inquit: ὁ μέδιμνος ἔχει χοίνικας μή.
ἡμιμέδιμνος, 24 chœnicas.
τριτεύς, 16
ἕκτον, 8
ἡμίεκτον, 4
ἡμιδωδέκατον, 2
2 χοῖνιξ, 3 cotylas, teſte Polluce: κοτύλη τὸ τρίτον τοῦ χοίνικος μέρος.
3 ἡμιχοινίκιον, $1\frac{1}{2}$ cotylas.
4 κοτύλη, 4 oxybapha.
5 ὀξύβαφον, $1\frac{1}{2}$ cyathum.
6 κύαθος, 4 myſtra.

II TABELLA, QUAE PRO-dit capacitatem ſingularum menſurarum ſecundum libras, earumq; partes. Attribuuntur autem cotylæ 13½ unciæ.

μέδιμνος habet	162 libras.		
ἡμιμέδιμνος,	81		
τριτεὺς,	54		
ἕκτον,	27		
ἡμιέκτον,	13½		
ἡμιδωδέκατον,	6	Vncias 9	
χοῖνιξ,	3	4½	
κοτύλη,	1	1½	
ὀξύβαφον,		3	Drach. 3
κύαθος,		2	2
μύστρον,			4½

III TABELLA, CONTINENS, QVOTIES *quælibet maior minorem complectatur.*

	Semimed.	Tertia.	Sextar.	Semiſext.	Semid.	Chœnic.	Cotyl.	Oxyba.	Cyathos	Myſtra
Medim.	2	3	6	12	24	48	144	576	864	3456
Semimed.		$1\frac{1}{2}$	3	6	12	24	72	288	432	1728
Tertia.			2	4	8	16	48	192	288	1152
Sextar.				2	4	8	24	96	144	576
Semiſext.					2	4	12	48	72	288
Semid.						2	6	24	36	144
Chœnic.							3	12	18	72
Cotyl.								4	6	24
Oxyba.									$1\frac{1}{2}$	6
Cyathus										4

SYNOPSIS

DE

DE MENSVRIS HIPPO-IATRICIS LIQVIDIS.

NOMENCLATVRA, ET *prima tabella.*

κοτύλη habet	2	oxybapha.
ὀξύβαφον,	3	cyathos.
κύαθος,	4	myſtra.
μύστρον,	2	cochliaria.
κοχλιαριον,	dimidium myſtri.	

II TABELLA, CAPACITA-*tem ſingularum menſurarum ſecundum libras explicans.*

κοτύλη habet ℔ 1, id eſt, 12 uncias.		
ὀξύβαφον,	6	
κύαθος,	2	
μύστρον,	$\frac{1}{2}$	
κοχλιάριον,		2 drach.

FINIS MENSVRARVM omnium.

DE PONDERIBVS, PRIMVM'QVE DE ROMANIS.

ROMANIS pondera non ita ua-
ria & multiplicia in uſu fuerunt,
1 ſed ſimplicisſima, quorũ unum
maximum eſt, Centumpõdium,
ſeu Centenarius: ſiquidẽ eſt 100
librarum. Idq́ duplex: Incertum, ſeu indiſcre-
tum, id eſt, non diuiſum in maſſulas, ſed una ſo-
lida maſſa: & Diſcretum, diuiſum in ſemiſſem,
hoc eſt, 50 pondo, & quartam partem, id eſt, 25
2 pondo. Alterum eſt Libra, ſeu Pondo, con-
ſtans ex duodecim uncijs, ſiue 24 lotonibus.
Huius partes, in quas uel æqualiter uel inæqua
liter ſecatur, aut diuiditur, ſunt eædẽ cum par-
tibus Aſsis, erũtq́ hodie in φαρμακοπωλεῖα eæ-
dem appellationes reuocandæ.

2 lott	Vncia	1		
4	Sextans	2	Sic dicitur Varroni, quia	ſexta pars.
6	Quadrãs	3		quarta pars.
8	Triens	4		tertia pars.
10	Quincũx	5		quinq́ unciæ.
12	Selibra	6		ſemis.
14	Septunx	7		ſeptem unciæ.
16	Bes	8		demitur triens.
18	Dodrans	9		demitᷣ quadrãs.
20	Dextãs	10		demitur ſextãs.
22	Deunx	11		demitur uncia.

3 Seſcun-

3 Seſcuncia, ſiue octaua 1 $\frac{1}{2}$
pars libræ.
1 Semuncia $\frac{1}{2}$

Vncia rurſus diuiditur in 3

2 Semuncias.
3 Binas ſextulas, ſeu Duellas.
4 Sicilicos.
6 Sextulas.
7 Denarios.
24 Scripula.

Complectitur aūt Duella 8 ſcrip. id eſt, ʒ. ij $\frac{1}{3}$ 4
Sicilicus 6 ſcrip. id eſt, ʒ. 2 5
Sextula 4 ſcrip. id eſt, ʒ. 1 $\frac{1}{3}$ 6

Vocatur autem aliàs ἑξάγιον, item corruptiori appellatione σάγιον.

Denarius 3 ſcrip. $\frac{3}{7}$ Medicis pondus uſita- 7
tiſsimum. Sic enim inquit Celſus: Sciri uolo, in uncia pondus denariorum ſeptem eſſe. Et Scribonius Largus: Erit autem nota denarij unius pro Græca drachma. Aequè enim in libra denarij 84 apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrūt. Hinc uni unciæ 7 denarij competunt. Et quia denarius 3 ſcripula habet, & paulo plus, drachma autem 3 ſcripula tantum, exiſtimo characterem ʒ inde remanſiſſe.

Denarius porrò diuiditur in

2 Victoriatos, &
6 Sextantes.

Hanc

Hanc autem denarij in ſex ſextantes diſtributionem ſolus Celſus explicat, ſolusq́ inſtituit, eo quòd Græcis uti nollet, quibus drachma in tot obolos diuiditur, in quorum locum ſubſtituit ſextantes. Perinde enim ut Græci habent drachmam nummum argenteum, ita Romani denarium. Cum autem altero pro altero uti uellet, & denarius relatus ad pondera Romana aliquanto grauior eſſet, quàm 3 ſcripula, ſextantes excogitauit. Sicut igitur As in duodecim uncias, ita denarium quoq; cogitemus in duodecim partes diuidi. Ex illis duæ partes dicuntur Sextans, perinde ut duæ partes aſsis. Facit aũt ſextans paulo plus dimidio ſcripulo.

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΏΣΙΣ DE *partitione libræ.*

Libra primò, ſecundum diuiſionem æqualem, continet ſemiſſes 2, trientes 3, quadrantes 4, ſextantes 6, ſeſcuncias 8, uncias 12. Sed iuxta diſparem partitionem, habet deuncem & unciam, dextantem & ſextantem, dodrantem & quadrantem, beſſem & trientem, ſeptuncem & quincuncem.

Secundò

Secundò habet

	Vncias	*Semuncias*	*Duellas*	*Sicilicos*	*Sextulas*	*Den.arg.*	*Victoriatos*	*Scripula*	
Libra	12	24	36	48	72	84	168	288	
Selibra	6	12	18	24	36	42	84	144	
	Vncia	2	3	4	6	7	14	24	
		Semuncia	$1\frac{1}{2}$	2	3	$3\frac{1}{2}$	7	12	
			Duella	$1\frac{1}{3}$	2	$2\frac{1}{3}$	$4\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ *dimidij*	8	
				Sicilicus		$1\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{4}$	$3\frac{1}{2}$	6	*Celſi*
					Sextula	$1\frac{1}{6}$	$2\frac{1}{3}$	4	*Sextantes*
						Denarius	2	$3\frac{3}{7}$	6
							Victoriatus	$1\frac{1}{2}$ & $\frac{3}{14}$	3
								Scripulum	

Ex hac tabella quilibet animaduertit, denariũ & drachmam diuerſi ponderis eſſe. ſiquidem drachma Grecorum 3 ſcripula tantum: denarius præter ſcripula 3, etiam $\frac{3}{7}$ complectĩt, ita ut 3 denarij tetradrachmũ põdere ualeant. Deinde uncia drachmas 8 habet, denarios uerò tantũ 7. Fuit ergo drachma Attica, uncię Romanę octaua pars.

f Quin

Quin & hoc inde manifeſtum eſt (licet denarius in 6 ſextantes ad ſimilitudinem diſtributionis drachmæ, in 6 obolos à Celſo fiſſus ſit) ſextantem obolo æqualem minimè eſſe: perinde ut tota, denarius ſcilicet & drachma, inæqualia ſunt.

Vnciæ autem Græcæ & Romanæ nulla fuit diſsimilitudo: utrobiq; enim eiuſdem ponderis fuit, in ſua tamen nota pondera diuiſa.

Libram autē Romani duodecim unciarum habuerunt, denariorum 84. Quia autem unciæ, octo ab omnibus drachmæ tantum attribuuntur, libram 96 drachmas habuiſſe, mirum nemini uidetur. Gręci autē Minam 100 drachmarum habuerunt. Vnde conferendo drachmas libræ ad drachmas minæ, librā à mina differre, dubium nulli amplius eſſe poteſt.

Notandum autem hic, Scrupula à quibuſdam Scripula, ab alijs Scriptula, à nonnullis etiam Scribula à ſcribendo uocari. Græci autem γράμματα uidētur uocaſſe, non tam ἀπὸ τοῦ γράφειν, quàm à numero totidem literarum, quot unciæ attribuuntur ſcripula.

Glareanus

Glareanus unciæ has partes attribuit:



	Semunc.	Duell.	Sicil.	Sextul.	Drach.	Semiſex.	Tremis.	Scrup.	Obol.	Biſſol.	Semiob.	Siliq.	Chalc.	Grana.
Vncia	2	3	4	6	8	12	18	24	48	72	96	144	192	576
	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{8}$	$\frac{1}{12}$	$\frac{1}{18}$	$\frac{1}{24}$	$\frac{1}{48}$	$\frac{1}{72}$	$\frac{1}{96}$	$\frac{1}{144}$	$\frac{1}{192}$	$\frac{1}{576}$

ΧΑΡΑΚΤΗΡΙΣΜΌΣ, SEV NOTAE *ponderum Romanorum, ex Celſo.*

		Glareanus ſic notat:
Libra	ℓ	☩
Dupondium	ℓℓ	
Vncia	—	Ϛ
Sextans	=	S
Quadrans	=-	S
Triens	==	SS
Quincunx	=-=	SS
Selibra	S	S
Septunx	V	S
Bes	-S-	SS
Dodrans	S=- uel S3	SS
Dextans	S==	SSS
Deunx	S=-=	SSS
Seſcuncia	Ɛ	S

Semuncia	Ɛ	S
Duella,ſeu Binæ ſextulæ	VV uel Ɔ	VV
Sicilicus	Ↄ	ϱ
Sextula	\	U
Scriptulum	℈	SS
Denarius	Ӿ	Ӿ
Victoriatus	∀	∀
Sextans denarij	2	2
Drachma,ſiue octaua pars unciæ	ʒ	Ӿ

Victoriatus autem olim etiam Quinarius dictus eſt, quia ſicut denarius primò decem aſſes ualebat, unde etiam nomen habet: ita quinarius quinque aſſes ualebat. Victoriatus autem dictus eſt iſte nummus (primùm pro merce ex Illyrico aduectus, & deinceps lege Clodia percuſſus) à charactere Victoriæ. Vocatur etiam Semiſsis denarij.

DE PONDERIBVS GRAECIS.

GRAECIS multæ fuerũt Reſpublicæ florentes, Attica, Corinthiaca, Laconica, Aeginęa, Euboica, aliȩq; plures: non una tantum florentiſsima, ſicut Romanis. Inde diuerſitas ponderum extitit, ut alia Attica, alia Corinthiaca, alia Laconica eſſent. Acceſsit poſtea Medicorum uarietas, quorum nonnulli à Romanis medicamenta quaſi mutuantes, & cum Græcis permiſcentes, propria conſtituerunt pondera: quorum alia Medica, alia Hippoiatrica fuere. De his utriſq;, à medicis diuerſis nomen habentibus, & de Atticis dicturi ſumus, omiſſa reliqua ponderum uarietate ex locis orta: ſiquidem alij medici alijs horũ utuntur libentius, & frequentius. Vnde circa iudicium ponderum Græco-
1 rum opus eſt conſideratione, primùm uirium
ſeu δυνάμεως in mixtura, ut inde coniectetur
2 de qualitate ponderum: deinde, patria medi-
3 corum ſcribentium conſideranda eſt: tertiò,
4 tempus quo ſcripſerunt: & locus, ubi medica-
mentorum compoſitionem tradiderunt.

NOMENCLATURA ET χαρακτηρισμὸς ponderum Graecorum Atticorum.

1 Τάλαντον, talentum. Id multiplex eſt. Sed Attici,

tici,tam nummarij,quàm ponderalis,creberri‑mè apud autores mentionem fieri, nullum eſt dubium,quod 60 minas,drachmas autem At‑ticas 6000 pependit. Minusq́ uulgò nomina‑ri ſolet: ſiquidem alterũ maius fuiſſe traditur, quod 80 minas pependerit,cui æquale eſt Ae‑gyptium talentum. Aliud deniq; Aeginęum, habens 100 minas,drachmas 10000 Atticas.

Aliud Euboicum,40 minarum,4000 drach‑marum Atticarum. Rhodium, drachmarum 4500. Siculum uetus, 24 minarum: Siculum nouum, 12 minarum. Aliud porrò eſt Baby‑lonium talentum, continens 70 minas, drach‑mas Atticas 7000. Aliud deniq; Syrorum,con‑tinens drachmas 1500.

Hæc autem ferè omnia cõprobat Iulius Pol‑lux lib. 9. quando inquit: εἰπεῖν μὲν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι τὸ μὲν ἀττικὸν τάλαντον· ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς ἀττικάς· τὸ δὲ βαβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας· τὸ δὲ αἰγιναῖον, μυρίας. τῶν δὲ σύρων, πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν τῆς ἀττικῆς δραχμῆς λο‑γισμόν. ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικὰς τὸ μὲν ἀττικὸν ἑξήκοντα εἶχε, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑβδομήκον‑τα, τὸ δὲ αἰγιναῖον κατ᾽ ἀνάλογον. Hoc eſt: Non erit intempeſtiuum dicere, quòd Atticum ta‑lentum 6000 drachmas Atticas ualebat;Baby‑lonium uerò 7000, Aeginæum 10000, Syrium 1500,ſecundum rationem drachmæ Atticæ.

Reliqua, de Euboico & Rhodio talentis, ex

Feſto

Feſto intelligũtur. De Siculo conſulatur Suidas. Aegyptij pondus probat Plinius in Hiſtoria naturali, & Varro.

Olim autem, ut Homeri temporibus, talentum ualebat minus: quod, ut Pollux ait, ex curſu equorum apparet, in quo tertij γόβας eſt lebes, quarti βραβεῖον ſunt duo auri talenta. Facit etiam Feſtus mentionem Alexandrini talenti 12 denariorum, Neapolitani 6 denariorum, Syracuſani 3 denariorum, Rhegini æquantis uictoriatum.

Caret autem talentũ charactere: oriunturq́ hinc compoſita, διτάλαντον, τριτάλαντον, item ἡμιτάλαντον.

2 μνᾶ ——————— Μ̈

ἡμιμνάϊα.

3 δραχμὴ, ἢ ὅλκη, ἢ ἀργυρὶς, ſecundũ Alexarchum, apud Athenæum, < λ

Vocatur ἀργυρὶς, quia fuit alia δραχμὴ χρυσίου.

4 γράμμα ——————— γρ

5 ὀβολὸς ——————— S

ἡμιώβολον.

6 χαλκοῦς ——————— χ̈

7 λεπτόν.

I TA-

I TABELLA, EXPLICANS, *quoties quodlibet pondus maius proximè minus pendat.*

1	Talentũ, pendit	60	minas.
2	Mina, μνᾶ,	2	ſemiminas, uel
		100	drachmas.
	ἡμιμναῖα,	50	drachmas.
	δραχμὴ,	3	ſcripula.
	γράμμα,	2	obolos.
	ὀβολὸς,	2	ſemiobolos, ſiue
		6	æreola.
	χαλκοῦς,	7	minuta.
	λεπτὸν, ἀδιαίρετόν ἐστι.		

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ PRAEMISſæ partis.

De talento ſatis abundè dictũ eſt: ad minam ergo uenimus. Hęc duplex eſt: una Vetus, ſeu Minor, quæ tandem exoleuit: & Noua Solonis, ſeu Maior: illa 75 drachmarum, hæc 100. Cui æqualis Euboica, ut ex ſuperioribus intelligi poteſt. 7000 enim drachmæ, 70 minas Atticas faciunt. Diodorus apud Suidam expreſſè inquit: Talentum 60 minas, mina drachmas 100 complectitur. Longè expreſsius de Attica mina loquitur Cleopatra, inquiens: ἡ δὲ ἀττικὴ μνᾶ ἔχει οὐγγίας ιβϛ'. < ϛ'. γρ τ'. ὀβολοὺς χ'. θέρμους ϡ. κεράτια ͵αω. χαλκοῦς ͵γχ. Hoc eſt: Attica mina habet uncias 12 $\frac{1}{2}$, drachmas 100, ſcri-

pula 300. obolos 600. lupinos 900. ſiliquas 1800. æreola 3600.

δραχμὴν 6 obolos pẽdere, ſiue (quod idem eſt) 3 ſcripula, ex Diodoro perſpicuũ eſt, quando inquit: ἡ δραχμὴ ἔχει ὀβόλους ἕξ. Nec diſſentit Suidas, ſcribens: δραχμὴ ἕξ ὀβόλων. De reliquis nullum eſt dubium.

II TABELLA, OSTENDENS,

quoties unumquodlibet pondus maius ſe inferiora ſingula pendat.

	μνᾶς	δραχ.	γραμ.	ὀβολ.	ἡμιω.	χαλκ.	λεπτά
Talent.	60	600	18000	36000	72000	216000	1512000
	μνᾶ	100	300	600	1200	3600	25200
		δραχ.	3	6	12	36	252
			γραμ.	2	4	12	44
				ὀβολ.	2	6	22
					ἡμιώ.	3	11
						χαλκ.	7

Hæc pondera Attica in uſu fuerunt ante florentes res Romanas.

DE PONDERIBVS MEDICIS.

μνᾶ —————— M̆

λίτρα —————— Λ' Λ̸ Λ

οὐγγία —————— ϛ. hodie ℥ uel ℥

δραχμὴ —————— <. ὁλκὴ ∂, hodie ʒ

γράμμα —————— γρ. hodie ∋

ὀβολὸς

ὀβολὸς ———————— ∽

ἡμιώβολον

κεράτιον ———————— κε

σιτάριον.

PRIMA TABELLA, OB oculos ponens, quoties maius pondus proxime minus pendat.

1 μνᾶ medicorũ pẽdit 16 unc. Alexãdrina 20.

2 λίτρα, 12

μνᾶν autem medicorum 16 uncias pendere, Dioſcorides probat, inquiens: ἡ μνᾶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἄγει οὐγγίας ις΄, τουτέστι ὁλκὰς ρκη΄.

Similiter λίτραν 12 uncias pendere, drachmas 96, partim Galenus aſſerit libro primo de Compoſitione medicamentorũ ſecundum genera, quando inquit, ἡ μὲν γὰρ λίτρα δραχμὰς ἓξ ἄγει πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα: partim Dioſcorides, inquiens, ἡ δὲ λίτρα ἔχει οὐγγίας ιβ΄.

Libræ autem partes ſunt:

Vncia, οὐγγία, ἢ δωδέκατον.

ἕκτον, Sextans,	2 unciæ.
τρίτον, Triens,	4
τέταρτον, Quadrans,	3
Quincunx,	5
ἡμίλιτρον, Selibra,	6
Septunx,	7
Bes,	8
Dodrans,	9

	Dextans,		10		
	Deunx,		11		
3	οὐγγία pēdet 8 <.		Scrip.24	2 lote	
	ἡμιούγγιον,	4	12	1	
	Seſcuncia,	12	36	3	Hanc pēdit
	Sicilicus,	2	6	½	faba Alexā
	Duella,		8		drina.
	Sextula,		4		

οὐγγία autem, uox Romana, octo drachmas pendit, teſte Dioſcoride, his uerbis: ἡ δὲ οὐγγία δραχμὰς η, γράμματα κδ΄ ἔχει. Id eſt: Vncia drachmas octo, ſcripula 24 habet. Et Galenus ſcribit libro ſexto de Compoſitione medicamentorū ſecundū genera, τὴν σταθμικὴν οὐγγίαν ὀκτὼ δραχμὰς ἕλκειν: id eſt, pōderalem unciam octo drachmas pendêre.

4 δραχμὴ ἡ ὁλκὴ, pendit Scrip.3 Obol.6
Lup.9 Siliq.18 Chal.36
ἡμίδραχμον, Scrip.1½ Obol.3
Lup.4¼ Siliq.9 Chal.18
δίδραχμον, Scrip.6
τρίδραχμον, 9
τετράδραχμον æquat ἡμιούγγιον, ſcrip.12.

Drachma autem pendit tria ſcripula, teſte Dioſcoride, quando inquit: ἡ δὲ δραχμὴ, ἡ καὶ ὁλκὴ, ἄγει γράμματα τρία, τουτέστι ὀβολοὺς ς΄. Drachma autem, quę etiam Holce dicitur, pendit ſcripula tria: hoc eſt, obolos ſex.

5 γράμμα pendit 2 obolos. Hos pendit faba Græca:

Græca: ueteribus pondus, ſicut etiam recentibus, nõ ualde in uſu. Eius loco δυόβολον, ἢ διώβολον, uel ὀβολοὶ δύο dicebantur. Tres item oboli, τριώβολον: quatuor, τετρώβολον nominabant.

6 ὀβολὸς, duos ſemiobolos pendit.

7 ἡμιώβολον, καὶ ἡμιωβόλιον, 1½ ſiliquas.

8 κεράτιον, quatuor grana, ſiue σιτάρια.

Sunt autem plura minuſcula pondera, Medicis etiam familiaria: ut ſunt, ἀσσάριον, τετράσσαρον, στατήρ, στάγιον, ἑξάγιον, σίκλος, ὄροβος, φακὴ, σιτάριον, de quibus alibi diſſeremus.

II TABELLA, EXPLICANS, *quoties maius quodlibet pondus minus ſeſe pendat.*

μν.	Vnc.	Drach.	Scrip.	Obol.	Semio.	Siliq.	Grana lētis
Mina	16	128	384	768	1536	2304	9216
Libra	12	96	288	576	1152	1728	6912
	Vnc.	8	24	48	96	144	576
		Drach.	3	6	12	18	72
			Scrip.	2	4	6	24
				Obol.	2	3	12
					Semio.	1½	6
						Siliq.	4

Hæc pondera Medicis in Græcia in uſu fuerunt, poſtquam res Romanæ floruerunt.

ἀσσάριον pro pondere uſurpatũ, duas drachmas habet. Hinc uncia, quæ quatuor ἀσσάρια pendit, τετράσσαρον ἰταλικὸν à Cleopatra dicit.

δυπούντιον autem pēdit drachmas quatuor. Romani enim pondus aſsis, primò exiſtentis libræ integræ, quàm ſępiſsimè imminuerunt: ut tandē lege Papiriana, ut refert Plinius, aſſes ſemunciales ſint facti. Huiuſmodi aſsis ſemiſsis à Græcis dicitur ἀσσάριον, Latinè à Varrone aſſarius. Huius aſſarij duplum, hoc eſt, aſſem ſemuncialem, δυπούντιον Cleopatra nominat.

Inſuper autem hoc obſeruandum eſt, in magno errore uerſari hoc tempore multos tum pharmacopolas, tum recētes Medicos, qui Nicolaum & Salernitas ſequuti, ſcripulo aſsignāt 20 grana uel tritici, uel hordei, cum 24 grana à Græcis & Mauris rectè ſcripulo attribuantur: & tandē unciam partim octo, ut Veneti: partim nouem, ut Salernitæ: partim decem drachmarum, ut Neapolitani, faciunt. Inde enim ſequitur, Venetos libræ attribuere grana 5760: Neapolitanos grana 7200: Salernitas autem 6480. Longius autem à ueritate receſſerunt exteri quidam pharmacopolę, qui libræ 16 uncias, perinde ac ζυγοστατικῇ attribuunt. Hi enim ſi ſcripulo 20 grana aſsignent, libram faciunt 7680 granorū: ſi autem eidem ſcripulo 24 grana tribuant, libram granorum 9216 cōſtituunt.

Poſtremo autē loco non inutiliter hæc commonefactio additur, quòd Medici quaſdam res ſimplices, ex quibus medicamēta cōficiunt, interdum nec metiuntur, nec ponderant: ſed

uel numero, ut amygdalas, pineas, piper, pruna, myxa, ficus, poma, myrobalanos, tamarindos; uel complexu manus, ſumunt. Vnde myrtorum, halicacaborũ, nardi celticæ, & ſimilium faſciculus ſeu manipulus, Grȩcis δραγμίδιον χειροπληθὲς dicitur. Sæpe etiam iubent Medici pharmacopolas medicinã aliquam ſimplicem in compoſitionẽ medicamẽti coniȷcere magnitudine glandis, nucis ponticæ, iuglandis, erui, lupini, fabæ, ſiliquæ: aut præcipiunt ægrotis, de pharmaco delibare magnitudine caſtaneæ nucis, erui, &c.

DE PONDERIBVS
HIPPOIATRICIS.

μνᾶ	Μ
λίτρα	Λ Λ Λ
οὐγγία	℥
δραχμὴ	<
διωάδειον	
γρᾶμμα	γρ

PRIMA TABELLA, OSTENdens, quoties quodlibet pondus maius, minus pendat.

μνᾶ, pendit	15	uncias.
λίτρα,	90	drachmas.
οὐγγία,	7½	drachmas.

δραχμὴ,

δραχμὴ, pendit	3	ſcripula.
δηνάριον,	4	ſcripula.
γρᾶμμα,	2	obolos.

SECUNDA TABELLA, EXplicans, quoties quodlibet pondus maius, ſe minus pendat.

	Lib.	Vnc.	Drach.	Scrip.	Obol.
Mina	$1\frac{1}{4}$	15	$112\frac{1}{2}$	$337\frac{1}{2}$	675
	Libra	12	90	270	540
		Vncia	$7\frac{1}{2}$	$22\frac{1}{2}$	45
			Drach.	3	6
				Scrip.	2

Tota hæc pars de ponderibus Hippoiatricis, probatur uerbis cuiuſdam ignoti Græci, in libello de ponderib. & menſuris. Scribit enim: ἡ μνᾶ ἔχει οὐγγίας ιε, ὁλκὰς ριβς′. Hoc eſt: Mina habet uncias 15, drachmas $112\frac{1}{2}$. Sic etiam de Libra inquit: λίτρα ἔχει ὁλκὰς ϟ. id eſt, Libra habet drachmas 90. τὸ δηνάριον ἔχει γράμματα δ′, denarius pendit quatuor ſcripula.

Sicut hactenus perſecuti ſumus menſuras & pondera Romanis & Græcis uſitata, ita ſimili ratione & breuitate perſtringemus externarum gentium menſuras & pondera.

DE

DE MENSVRIS EXTERNIS.

MENSVRAE externę aliæ Perſicæ ſunt, numero tres, ut ἀχανὴ, ἀρτάβη, καπίθη: aliæ Aegyptiæ, quatuor ſcilicet, ἀρτάβη, ἀπόρρυμα, οἴφιν, ἴνιον: aliæ Syriæ, ut μετρητὴς, κόλλαθον, σαβιθὰ, χοίνιξ: aliæ Hebraicæ, ut Batus, Hin, Logus: Arabicæ denique plures. De his quoque pauca dicemus παχυλῶς καὶ τύπῳ, primumque de Perſicis.

ἀχανὴ, Achana	capit	medim. Att. 45	
ἀρτάβη, Artaba			1, chœn. 3
καπίθη, Capitha			2

Meminerit autẽ ſtudioſus lector, quòd Artaba etiam ſit menſura Medis uſitata, & tunc continet unum medimnum Atticum tantum: item Aegyptijs familiaris, capiens modios 5.

Aegyptius autem & Italicus modius, capit octo chœnicas. Cum autem medimnus capiat modios ſex, Aegyptia artaba uno modio minor eſt quàm Medica.

DE AEGYPTIIS.

ἀρτάβη, Artaba, recipit modios	5
ἀπόρρυμα, Aporrhyma,	11 ſextarios.
οἴφιν, Oephin,	8 ſextarios.
ἴνιον, Inium,	1 ſextarium.

DE SYRILS.

μετρητὴς, Metreta	capit ſextarios	120
κόλλαθον, Collathũ	capit ſextarios	25
σαβιθὰ, Sabitha	capit ſextarios	22
χοίνιξ, Chœnix	capit ſextarios	4 fortè.

DE HEBRAICIS liquidis.

Batus, id eſt, amphora Attica, capit 6 hinas, id eſt, 72 ſextarios.

Hin, ἵν, id eſt, duo congij, capit 12 logos.

Log, eſt ſextarius Atticus.

	Hinas	Logos	Sext. Atticos
Batus	6	72	72
	Hin.	12	12
		Log.	1

DE HEBRAICIS ARIDIS.

1	κόρος, Cor, Homer,	10	medimni Attici,	capit	2	Lethecas.
2	Lethec, ſeu dimidius Corus,	5	medimni Attici,	capit	5	Ephas.
3	οἴφι, ἢ ὔφι, & Epha,	1	medimnus Atticus,	capit	3	Sata, 10 Omeres.
4	Satum, Sat,	4	choes, ſeu congij Attici,	capit	$3\frac{1}{3}$	Omeres, 6 Cabos.
5	γόμορ, Omer, ſiue ἀσσαρὼν, & decima pars Epha,	$7\frac{1}{3}$	ſextarij Attici,	capit		
6	Caphus, Cab, Cabus,	4	ſextarij Attici,	capit		

Epha & Batus eiuſdem capacitatis, uidelicet 72 ſextariorũ. Sed hæc liquidarum, illa aridarum rerum eſt menſura.

CAPACITAS EXPLICATA Hebraicis menſuris.

	Ephas	*Sata*	*Omeres*	*Cabos*
Corus	10	30	100	180
	Epha	3	10.	18
		Satum	$3\frac{1}{3}$	6
			Omer	2

Earundem menſurarum capacitas in Atticis menſuris.

	Med. Att.		
Corus	10		
Epha	1	*Cong.*	
Satum	0	4	*Sextar.*
Omer	0	0	$7\frac{1}{5}$
Cabus	0	0	4

Sequitur de Arabicis menſuris Maurorum.

DE

DE ARABICIS MENſuris Maurorum.

1	Doruch Italicum,	Amphora Romana,	capit	8	congios.
2	Iohein,	Congius,	capit	6	ſextarios.
3	Kiſt, Acſat, ſeu Aben, Enib,	Sextarius,	capit	2	heminas.
4	Corboni, Raſis phialam, item cotylam uocat.	Hemina,	capit	2	quartarios.
5	Keiliati,	Quartarius,	capit	2	acetabula.
6	Kasfuf, ſeu Anecſune. Itẽ Hacſuneſi, ſeu quarta Acſaſſe,	Acetabulum,	capit	1½	cyathum.
7	Cuathum, ſeu Alcuathum,	Cyathus,	capit	4	cochliaria.
8	Falgerin, ſiue Fahaliel, aut Coclanarium.	Cochliare,			

Annumerant autem Arabes ad has menſuras duo myſtra, quorum maius capit tertiam partem heminæ, minus dimidiam cyathi. Vocant autem myſtrum, Muſta-

rum, & Meſtarum. Notetur tamen, Aldorach ſignificare amphoram librarū trium: Miſſochaum uero idem quod ἡμίχους, Briaolam idem quod cyathus: Rotulum denique, idem quod libra menſuralis.

DE ALIIS NONNULLIS

menſuris, Græcis quidem, ſed tamen nec medicis, neq; Georgicis, neq; Hippoiatricis.

τετάρτη λακωνική, Quartarius Laconicus.
δάδιξ, Dadix, habet ſex chœnicas.
μάρης, Mares, Ponticus quidem 20 ſextarios Alexandrinos habet.
κόφινος, tres capit congios, aridæ & liquidæ rei menſura.
κύπρον, medimnus.
ἡμικύπρον, dimidium medimni.
Modius Cyprius, μόδιος κύπριος, ſextariorum 17.
μέδιμνος κύπριος.
γάβαθον, id eſt acetabulum.

UASA IN SACRIS

literis uſitata.

καμψάκης, 12 ſextariorum aquæ. Helianus, id eſt, Heliæ paratus, quatuor eſt ſextariorum.

τρυβλίον & ἀλάβαστρον, eiuſdem capacitatis ſunt. Recipiunt enim libram olei, & dimidiam partem ſextarij.

κύαθος,

κύαθος, in ſcriptura μλυεκὸθ uocatur.

Tantum de menſuris externis.

DE PONDERIBVS EXTERNIS.

POndera externa alia Aegyptia ſunt, alia Syria, alia Hebraica, alia Arabica: unum eſt Byzantium. de his quoque breuiter diſſerendum eſt.

DE PONDERIBUS Aegyptijs.

Talentum Aegyptium pendit libras 80, teſte Varrone.

Mina Alexãdrina eſt 20 unciarum, ſiue 160 drachmarum.

Drachma pendit obolum, teſte Cleopatra.

DE SYRIIS PONderibus.

Syrium pondus celebre unum eſt, uidelicet mina Ptolemaica, urbi Phœnices Ptolemaidi peculiaris, pendens uncias 18, drachmas 432, obolos 864, lupinos 1296, ſiliquas 2592, æreola 6912, teſte Cleopatra.

DE

1	Cicar ſanctuarij, κίγχαρον,	Talentum ſanctuarij, ſeu Maius, pendit minas		100	
2	Cicar congregationis,	Minus,		50	
3	Mina, ſiue Manech,	Mina,	Siclos	60	Dr. 240
4	Secel, σίκλος, Stater, ſiue τετράδραχμον. licet 70 Interpretes δίδραχμον eſſe putarint: quod de Siclo profano, non de ſacro intelligẽdum eſt. Sacer enim profani duplus eſt.	Siclus,	Geras	20	
5	Gerah,	Obolus.			

SYNOPSIS

Quia uerò Siclus pendit ſemunciam, id eſt, drachmas Atticas quatuor, grana hordei 384, ut probat Ioſephus lib. 3. cap. 10. Antiquitatum Iudaicarum:
Mina pendit libras 2 ½. Ita ut libra habeat 24 ſiclos, ſiue 96 drachmas.
Cicar congregationis, 125
Cicar ſanctuarij, 250

Gerah

Gerah uerò, quoniam eſt uigeſima ſicli, habet pondus oboli Attici, & $\frac{1}{5}$. Confirmari hæc poſſunt ex Ioſepho, & alijs Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

DE ARABICIS PONderibus.

ARabica pōdera etſi multa ſint, tamen ipſis non propria, ſed maxima parte uel Romana, uel Græca. ut,

1	*Manes,*	*Mina,*		pēdit	*16 uncias.*
2	*Rotulus,*	*Libra,*			*12*
3	*Sacros,*	*Vncia,*			*2 ſemūc. 7 denar. 8 dr.*
4	*Sextarium,*	*Semuncia,*			*3½ 4*
5	*Aureus,*	*Denarius,*			*1 1/7 drach.*
6	*Darchimi,*	*Drachma.*	*hæc Arabib. pro aureo uſurpatur: aliàs Alki, pro* ὁλκή.		*3 ſcrip.*
7	*Garme,*	*Scripulum,*			*2 obol.*
8	*Onoloſsat,*	*Obolus,*			*1½ lupinum.*
9	*Danich,*	*Lupinus,*			*2 ſiliq. 8 grana hordei.*
10	*Kirat,*	*Siliqua,*			*2 æreola. 4 grana hor.*
11	*Keſsuf,*	*Aereolum,*			*2 grana hordei.*
12		*Granum,*			

Duplex autem ab Arabibus mina traditur, quarum una Romana pependit 20 uncias: altera Aſiatica, hoc eſt Attica, item Aegyptia, 16 uncias habuit. hæc medica eſt, illa Alexandrina. Sed reuera Attica mina duplex fuit, uetus 75 drachmarum, noua Medicis familiaris 100 drachmarum.

DE BYZANTIO *talento.*

Ex Vitruuij lib. 10. cap. 31. æſtimari poteſt, talentum Byzantium ſiue Thracium pependiſſe pondo 120.

Hactenus breuiter de menſuris & ponderibus tam Romanis & Græcis, quàm externis.

DE PONDERATIONE *rerum menſurabilium, præſertim liquorum.*

Ex liquoribus alij alijs ponderoſiores ſunt: ut uinum oleo, mel uino grauius eſt; aqua pluuia uino grauitate proxima: reliquæ aquæ diuerſimodè permixtæ, uel grauiores uel leuiores ſunt. Sic oleum purum, hoc eſt, ab amurca ſeu fecibus purgatum, impuro leuius eſt: mel eodem modo, deſpumatum ſtillaticio ex fauis leuius. Quin lac aliud alio grauius eſt. Sic inter arida, hordeum auena, far hordeo, triticum

farre ponderoſius: quæ ſingula inter ſe etiam pondere uariant. Sed tamen nihil quidquam certi de ponderatione aridorum, ut ſunt frumentum, ſemina, legumina, ſal, & ſimilia, dici poteſt. Hæc enim arida magna ex parte menſurantur, reliqua frequentius ponderantur: ut aromata, & metallica, quæ ſemper appendunt.

Dicemus igitur tantum de liquidorũ trium, olei, uini, & mellis ponderatione, pro ſingulis menſuris tam Romanis quàm Atticis, nec non Georgicis & Hippoiatricis, & totam uarietatem κανονίῳ includemus.

Eſt autem oleum inter natiuos liquores omnium leuiſsimũ. Vinum tamen non quidem natiuum, ſed ex fecibus excoctũ, ſiue ſublimatum, leuius eſt. Vnde oleo in uinũ ſublimatum infuſo, ipſum ſubſidit, uinum autem ratione leuitatis ſupernatat: quod Græci uocant ἐπιπολάζειν. Erit autem in hac ponderatione firma hypotheſis, quæ autoritatẽ & teſtimonia multorum habet, quòd 12 unciæ menſurales, id eſt libra, æquet 10 ponderales uncias.

KANONION, OMNEM VARIETATEM PONDERATIONIS RERUM MENSURABILIUM

quàm breuiſſimè, καὶ ὡς ἐν συνόπτει ob oculos ponens, extructum ſuper teſtimonijs Galeni, & experientia non fallaci.

PENDIT

	Olei bene defæcati,					Vini κιῤῥοῦ, & aquæ pluuiæ,						Mellis puri ex fauis deſtillati,						
	Λ	ſo	<	ℋ	Kε	Λ	ſo	<	ℋ	Kε	Gr.	Λ	ſo	<	ℋ	Kε	Gr.	
Culeus	1333	4				1481	5	6		4		2222	2	5	1			
Amphora	66	8				74		7		2		111	1	2	2			
Vrna	33	4				37		3	1	4		55½	0	5	1			
Congius	8	4				9	3		2	4		13½	4	5	1			
Sextarius		16	5	1			18½			2	2⅔	2	3	6	[illegible]	4		*Secundum*
Hemina		8	2	2			9	2		1	1⅓	1	1	7		2		*Romanos.*
Quartarius		4	1	1			4	5			2⅔		6	7½		1		
Acetabulum		2	0	2			2	2½			1⅓		3	3	2	2		
Cyathus		1	3	0	2		1½		1		8/9		2	2½			1⅓	
Ligula			2	2	2			3		1	2 2/9			4½		2	1⅓	

μετρητής	90						100								150						
χοῦς	7½						8	4							12½						
ξέστης	1¼						1	4	5	1					2	1					Secundum
κοτύλη		7½						8	2	2					1	½					Athenien-
ἡμικοτύλιον		3½	2					4	1	1					½		2				ſes.
ὀξύβαφον		1½	3					2		2						3	1				
κύαθος		1	2					1	3	0	2					2		2			

μέτρητης	90						100								150						
ἀμφορεύς	45						50								75						
χοῦς	11	3					12½								18	9					Secundum
κοτύλη		11	2				1	0	4						1½		6				γεωργούς.
ὀξύβαφον		2	6½					3	1							4	5½				
κύαθος		1	7					2	0	2						3	1				
μύστρον			3½¼																		

								℔	<	ʒ	℈	℥	Gr.		Λ	℔	<	ʒ	℈	℥	
κοτύλη		10						11		2	1	1			1	4	5	1			
ὀξύβαφον		5						5½		1		2				8	2	2			Secundum
κύαθος		1	5	1				1	6	2		2	2⅔			2	6		1	1	ἱπποιά-
μύστρον			3	1					3	2			2⅔				5½			1	τρους.
κοχλιάριον			1	2					1	2	1		1⅓				2	2		2	

I CONFIRMATIO, DE PONdere olei, circa quod Galenus diligentiſsimus fuit, & non immeritò, in menſuris Romanis.

1 SVprà ex Galeno oſtendimus, quòd cotyla Attica nouem uncias libralis cornu, id eſt menſurales capiat: & uiciſsim probauimus, heminam Romanam decem uncias menſurales capere. Eodem autem autore & teſte, nouem eiuſmodi unciæ olei $7\frac{1}{2}$ pendunt. Sic enim inquit: ἕλκουσι γὰρ αἱ θ' οὐγγίαι ἰταλικαὶ αἱ ἐν κατατετμημένοις κέρασι, ἑπτὰ καὶ ἡμίσειαν οὐγγίας σταθμικάς. hoc eſt: Pendunt nouem unciæ Italicæ, exiſtentes in cornibus interſectis, uncias ſeptem & ſemiſſem. Quod cum ita ſit, decem unciæ heminæ pendunt 8 uncias, & 2 drachmas, & ſcripula 2. Reliquis menſuris κατὰ ἀναλογισμὸν ἀριθμητικόν, ut ſuprà admonui, pars congruens, Greci ἀνάλογον nominant, aſsignatur.

II CONFIRMATIO, DE PONdere olei in menſuris Atticis, ſeu medicis.

Cotylam Atticam uncias $7\frac{1}{2}$ pendere, ex ſuperioribus uerbis Galeni, deſcriptis ex quinto libro de Compoſitione pharmacorum ſecundum genera, perſpicuum eſt, quando inquit: καὶ γὰρ ἕλκει ἥγε ἀττικὴ θ' οὐγγιῶν οὖσα, τῶν ἰταλικῶν ξ' δραχμάς. Sexaginta autem drachmæ faciunt $7\frac{1}{2}$ uncias. Quod autem ibi loquatur de

oleo,

oleo, obſcurum non eſt, ipſius uerba omnia legenti. Hinc reliquis menſuris pondera attribuere quàm facillimum eſt. Ex Cleopatra tamen addimus huc pertinētia, & multum lucis addentia, quãdo inquit: Cyathus pendit drachmas 10, hoc eſt, unciam 1¼, ſiue 30 ſcripula, obolos 60, lupinos 90, ſiliquas 180, chalcos 480.

Cotyla autem, ſiue τρυβλίον, pendit drachmas 60, id eſt, uncias 7½, ſcripula 180, obolos 360, lupinos 540, ſiliquas 1080, æreola 2880.

ξέστης autem ponderat drachmas 120.

ὀξύβαφον deniq;, ſiue maior concha, pendit 15 drachmas. Minor enim quinq; tantum drachmas pendit.

χοῦς autem, drachmas ponderat 720, id eſt libras 7½.

III CONFIRMATIO, DE pondere olei in menſuris Georgicis.

Suprà cotylam Georgicam cum Attica in proportione ſeſquialtera eſſe oſtendimus. Si igitur cotyla Attica pendit 7½ uncias, Georgica pro natura proportionis ſeſquialteræ pendit 11¼ uncias: id eſt, drachmas duas, præter 11 uncias. Hoc autem uelut fundamento iacto, reliqua ſuperſtruuntur, ſingulisq; uel minoribus uel maioribus, aut per multiplicationem, aut diuiſionem, pondera aſsignantur.

IIII CON-

IIII CONFIRMATIO, DE *pondere olei in menſuris Hippoiatricis.*

Collatio menſurarũ Atticarum & Hippoiatricarum euidentiſsimè oſtendit, illarum menſurarum eſſe ſupertertiam (ἐπιτρίτην) proportionem. Cotyla ergo Hippoiatrica, oleo plena, pendit 10 uncias. reliqua hinc conſequenter ſe habent.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ DE PONDERE *uini in omnibus menſuris.*

2 HAnc ponderationem uini gubernant Græci cuiuſdam ignoti uerba, dicentis: ὁ οἶνος τοῦ ἐλαίου ἔνατον μόριον ὑπερέχει· ὅλον γὰρ αὐτὸν ἔχει, καὶ τὸ ἔνατον αὐτοῦ. Id eſt: Vinum ſuperat oleum nona parte, ſiquidem tantundẽ pendit, & eius inſuper nonam partẽ. Accedit conſenſus experientiæ, quæ hanc proportionem inter oleum & uinũ eſſe, manifeſtè cõprobat.

Cum igitur ſextarius olei pendat uncias 16, drachmas 5, ſcripulum 1, illa regula ſeruata, uini ſextarius pendit 18$\frac{1}{2}$ uncias, 2 ſiliquas, grana 2$\frac{2}{3}$. Quo fundamento iacto, reliqua neceſſariò conſequuntur.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ DE PONDERE *mellis in omnibus menſuris.*

Ex Dioſcoride perſpicuum eſt, & propemodum etiam ex uerbis Pauli Aeginetæ, dicentis:

ἔχει

ἔχει γὰρ τὸν αὐτὸν ὄγκον οἴνῳ τοῦ μέλιτος, πόσον ὅλον τὸν τοῦ οἴνου σταθμὸν, καὶ προσέτι τὸ τρίτον αὐτοῦ. Hoc eſt: Moles mellis eadẽ cum uino, uniuerſum uini pondus habet, & præterea tertiam eius partem. Cum igitur uini ſextarius uncias 18$\frac{1}{2}$, ſiliquas 2, grana 2$\frac{2}{3}$ pependerit, mellis ſextarius pendet libras 2, uncias 3, drachmas 6, ſiliquas 4. Inde reliqua, ut expoſuimus, ſequunť.

Addimus autem hanc commonefactionem, quòd in Canonio præmiſſo intelligendæ ſunt libræ ponderales, ſimiliter etiam unciæ, & reliquæ partes. Quot enim libras menſurales & uncias capiant ſingulæ menſuræ, prius oſtenſum eſt. Præterea etiam obſeruatu dignum eſt, quòd uino in põdere æqualis eſt aqua pluuia, uel alioqui pura, neq; terra, neq; ſucco, neque lapide uel materia metallica permixta. Sicut autem uinum facticium natiuo leuius eſt, ita etiam aquæ igne percoctæ reliquis ſunt leuiores.

Et quidem tantum de ponderatione menſurabilium rerum, præcipuè liquorum, ſufficiat. Accedimus nunc ad appendicem huius lucubratiunculæ, de aliјs menſurarum ſpeciebus, quibus uel altitudinem, uel diſtantiam metimur.

DE MENSVRIS, QVIBVS ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΑ, HOC EST, interualla ſeu dimenſiones alias metimur.

ADDIMVS priori lucubrationi κορωνίδος loco, etiam alteram doctrinam de menſuris, quibus longitudinẽ, latitudinẽ, altitudinem'ue corporum, ſiue interualla metimur: ſiue hoc fiat per nonnullorum membrorum corporis noſtri uocabula, ſiue per perticas, arundines & funiculos, uel ad ſimplicem, uel multiplicem, duplam ſcilicet, aut triplam longitudinem membri alicuius in corpore examinatos. Vtuntur autem his menſuris Geometræ & mercatores, in longitudine fodinarum, uiarum, & panni, ſerici, longitudine metienda. Itèm Geographi, rei ruſticæ ſcriptores, & architecti, in ſuperficiebus uel terræ, uel aliorum corporum magnitudinibus menſurandis.

Dicemus autem hic primùm de menſuris Grȩcis, tandẽ de Romanis, ultimò de externis.

1 Explicat ergo δάκτυλος, minima menſura, id eſt Digitus, interdum longitudinem ſeu altitudinem, interdum craſsitiem, interdum etiam latitudinem, ubi tranſuerſus digitus intelligẽdus eſt. Vſurpantur autẽ præcipuè, ἀντίχειρ, hoc eſt, pollex: & paruus, Grȩcè μάσιος.

2 δοχμὴ uerò, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, id eſt, ab accipiendo

piendo nomen habet, aliterq́ δακτυλοδόχμη eadem de cauſa dicitur. Digitos enim quatuor concludit, & latitudinem pugni æquat. Vnde apud Pollucē δοχμὴ definiūtur eſſe οἱ τέσσαρες δάκτυλοι συγκλεισθέντες. Latini palmum, à palma nominant: fortaſſe non malè pugnus uocabitur, qui quatuor concluſis digitis conſtat, & ad pugnā eſt magis idoneus. A' Græcis etiam παλαιστὴ, παλαιστὶς, & παλαίστης, generibus & declinationibus quidem mutatis, ſignificatione uerò eadem, uidelicet pro palmo. Et quamuis Pollux hanc mēſuram dictam eſſe uelit ἀπὸ τοῦ πέλας συνάγειν τῶν δακτύλων ὀστᾶ, hoc eſt, à propè contrahendo oſſa digitorum; tamen puto uerius ſic denominatum eſſe ἀπὸ τοῦ παλαίειν, quod eſt luctari, pugnis certare, unde etiam palæſtra nomen habet: quia pugnus, ſeu δοχμὴ, hoc eſt, quatuor digiti concluſi & coarctati, ad pugnam ſunt aptiores. Nōnunquam etiam δῶρον uocari ſolet, quæ uox propriè palmum ſignificat. quia uerò dona palmis dantur, etiam dona δῶρα uocantur.

3 λιχὰς eſt interuallum inter pollicem & indicem (unde etiam λιχανὸς index eſt) quando uidelicet quàm fieri poteſt maximè diſtenduntur. Complectitur digitos decem, ſiue, quod idem eſt, duos palmos, & ſemiſſem.

4 ὀρθόδωρον lichadem uno digito excedit, Latinè Rectum palmū quis uocauerit. Eſt auten

interuallum inter primam partem palmæ, καρπὸν ſcilicet, & extremitatem medij digiti.

5 σπιθαμὴ, Latinè Dodrans, ὀρθόδωρον rurſus digito ſuperat, eſtq; trium palmorum, ſiue 12 digitorum, ſpacium comprehenſum inter digitum minimum & pollicem.


6 ποὺς, Latinis pes, 16 eſt digitorũ. Hinc ἡμιπόδιον, ſemipes, menſura uſitata in longitudinibus, latitudinibus, & profunditatibus examinandis & metiendis.

7 πυγμὴ, decem & octo digitos complectitur. & hinc πυγμαῖοι denominati ſunt, ut qui πυγμὴν, hoc eſt, 18 digitos lõgitudine non excederent. Vulgus definit πυγμὴν eſſe menſuram à cubito uſq; ad digitos concluſos, ſeu coarctatos: Græci συγκλεισθέντας nominant.

9 πυγὼν, etſi parum à pygme differt, tamen differentia non negligẽda eſt. Continet autem 20 digitos, uulgoq; definitur eſſe menſura à cubito uſque ad digitos flexos, quos συγκεκαμμένους uocant.

10 πῆχυς deniq; eſt extenſio ſeu interuallum à cubito ſeu flexu brachij, uſq; ad digiti medij ſupremam partem.

11 ὀργυιὰ, Latinè paſſus, ſpacium illud dicitur, quod efficitur, ſi ambę manus extendãtur, & latitudo pectoris cõnumeretur. Sic dicta menſura, παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰ γυῖα, hoc eſt, ab extendẽdo brachia. Continet cubitos 4, ſiue pedes 6.



Ex his paucis reliquæ omnes æſtimari poſſunt, quas charta pingi non ferebat.

Hactenus perſecuti ſumus nomina menſurarum Græcarum, declarantia modum, quem habet humani alicuius membri, mẽbrorum'ue lõgitudo, latitudo, extẽſio, uel altitudo. Nunc ſequũtur alia, quæ ex pede multiplicato oriuntur: ut ſunt,

πλέθρον,
στάδιον,
δίαυλος,
ἱππικὸν,
μίλιον,
δόλιχος.

1 πλέθρον, quod Latino nomine caret, 100 eſt pedum, poetæ πέλεθρον nominant. Huius dimidiũ dicitur ἡμίπλεθρον, καὶ ἄρουρα, continetq́ pedes 50. Suidas tamen 38 pedum eſſe ſcripſit. Laurentius Valla incõmodè Iugerum uertit, cum eius longitudo ſit 240 pedum. ἄκαινα autem 60 pedes habet quoquò uerſus.

2 στάδιον, quod & maſculino genere στάδιος dicitur, item αὐλὸς, Latinum nomẽ non habet. Eſt autem 600 pedum, 125 paſſuum. Vnde σταδιόδρομοι dicti ſunt, quia ſtadium cucurrerunt.

3 Et quia ueteribus Stadiũ dicebatur αὐλὸς, uocari ſolẽt duo ſtadia δίαυλος: & διαυλοδρομεῖν eſt, decurſo ſtadio ad carceres recurrere.

4 ἱππικὸν, ex curſu equorum nomen inuenit, & quatuor ſtadia complectitur.

5 μίλιον deniq́, quod à Latinis Miliare uocatur, eſt

tur, eſt pedum Græcorũ 4800, ſiue ſtadiorum octo, hoc eſt, paſſuum 100, unde etiam nomen habet.

6 δολιχὸς, duodecim eſt ſtadiorum.

DE MENSVRIS GEODETICIS Romanis.

SICVT pleræꝗ ex menſuris Græcis denominationem acceperunt, ex aliquo membro corporis humani, ita etiam Latinæ magna ex parte nomina ſua ex eiuſdem hominis membris traxerunt: quod ex uocibus ipſis, ut ſunt, digitus, uncia, palmus, pes, palmipes, cubitus, gradus, paſſus, milliarium, apparet.

1 Eſt autem hic quoꝗ minima menſura Digitus, quem ut Græci, ita etiam Latini, utplurimùm latum ſiue tranſuerſum intelligunt: quod nonnunquam planiſsimè explicatur, nonnunquam non exprimitur, ſed intelligendum eſt.

2 Vncia uerò intelligitur menſura æquans digitum, & unam tertiam digiti. Notetur autem hic ſimul, quòd quarta pars uncię peculiari nomine appellatur Sicilicus.

3 Palmus menſura eſt quatuor digitorum. Hinc fit palmarius, id eſt, magnitudine palmum æquans.

4 Pes, quatuor eſt palmorũ, ſiue, quod idem

eſt, 16

eſt,16 digitorum,unciarum 12. Hinc pedalis & pedaneus eadem ſignificatione uſurpātur. Semipes uerò dimidium pedem ſignificat, palmos duos, digitos octo, uncias ſex. Seſquipes autem,pedem cum ſemiſſe ſignificat.

Vſitatè autem diuiditur in Porrectū, id eſt, longitudinem pedis habentem: Contractum, id eſt, longū & latum ſemipede: Quadratum, id eſt,longum & latum pede. Deinde, ſicut as in 12 æquales partes diuiditur: ita etiam pes in duodecim æqualia ſegmenta, quas uncias uocant,diſpeſcitur.

5 Palmipes menſura eſt, ex palmo & pede conſtans,digitorum 20.

6 Cubitum, quod uocabulum ab Hippoiatrica uoce κύβιτον, idem ſignificante quod ἀγκών, deducitur,aliterq́ꝫ etiam Cubitus dicitur, unum pedem & ſemiſſem habet, ſiue palmos ſex,digitos 24. Vnde facilè æſtimari poteſt,cubitum & ſeſquipedem eandem menſuram eſſe.

7 Gradus,quod Græci βῆμα,ἀπὸ τοῦ βαίνειν, hoc eſt, à gradiendo uocant, duos pedes & dimidium complectitur.

8 Paſſus,qui ex paſsis ſiue diductis manibus nomen hoc duxit,quinqꝫ pedes continet.

9 Milliare deniqꝫ, ſiue Milliariū, à mille paſſibus,quib.conſtat,nomen habet. Vnde etiam Cicero ſępe pro milliari utitur Mille paſsibus.

Hic non malè commoneſiūt iuniores, quòd quondam

quondam miliaria lapidibus ſignata ſunt. Vnde apud authores probatos legitur: Ad ſecundum, tertium, quartum'ue lapidem.

COLLATIO NONNVLLArum menſurarum Latinarum cum Græcis.

CVm menſuræ tam Græcæ, quàm Latinæ, ex membris humanis ſint denominatæ, conſiderandum eſt, utrum inter ſe ſint æquales, necne. Deinde inæqualitate deprehenſa, uidendum, utrum Græcæ an Romanæ ſint longiores.

Ex ſententia Plinij & Columellæ, ſtadium Latinum complectitur paſſus noſtros 125, ſiue pedes 625: quæ ſumma per octo multiplicata, gignit 1000 paſſus, ſiue milliare, pedesq́ue 5000. Græcis autē, ut prius oſtenſum eſt, *στάδιον* continet 100 paſſus, & 600 pedes. Vnde non eſt difficile intelligere, menſuras Græcas & Latinas inæquales eſſe: & quidē paſſum Græcum (quem ipſi *ὀργυίαν* uocant) paſſu Romano, ſimiliterq́ue pedem Græcum pede Romano eſſe longiorem. Namq́ue *ὀργυία* (quod argumentatio monſtrat) habet pedes Romanos $6\frac{1}{4}$. Sed Romanus paſſus tantum quinq́ue pedes Romanos habet, ut prius oſtēdimus. *πούς* autem habet unum pedem Romanum, cum eius ſemuncia, hoc eſt, $\frac{1}{24}$: cum pes Romanus ſit unus pes,

& præterea nihil. ὀργυία igitur paſſum Romanum uno pede & $\frac{1}{4}$: ποὺς denicꝗ Latinum pedem ſemuncia ſuperat.

Hinc ſtatim ſequitur, cum ποὺς $\frac{1}{24}$ parte pedem Romanum excedat, quòd etiam cubitum Grecum, hoc eſt, πῆχυς ἢ ὠλένη, Romanum cubitum ſiue ulnam, δοχμὴ palmum Romanum, δάκτυλος digitum ſuperet.

EXPLICATIO QUARUNdam menſurarum, quæ in primis rei ruſticæ ſcriptoribus in uſu ſunt.

Actus,
Clima,
Verſus,
Actus quadratus,
Iugerum.

1 Eſt autem Actus minimus pedum 480: longus quidem pedes 120, latus 4.

2 Clima 3600 pedum eſt: quia, ut prius etiam monuimus, longitudinem & latitudinem habet æqualem 60 pedum.

3 Verſus uerò pedum eſt 10000: quia longitudo eſt 100 pedum, totidemꝗ pedū latitudo.

4 Actus quadratus eſt pedum 14400: namꝗ latus & longus eſt pedes 120. Latinè Mina uocatur.

5 Iugerum pedum eſt 28800. In longitudine habet pedes 240, in latitudine 120.

DE

DE. MENSVRIS EXternis Geodeticis.

πῆχυς βασιλήϊος, id eſt, Cubitum regium, ſiue Perſicum, tribus digitis iuſtum cubitum excedit,& 27 digitos complectitur.

παρασάγγης, triginta ſtadia cõplectitur apud Perſas.

σχοῖνος, Aegyptiaca menſura, duos paraſanges, ſiue ſtadia 60 continet.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ, SEV ADDI-TAMENTVM AD PRAEMIS-ſam σύνοψιν de ponderibus & menſuris.

ETSI acquieſcebam in breuitate συνόψεως noſtræ, tamen admonitus, ut quid adderem, quod ipſum quoq; huc ſpectaret: putabam me neq; malè, neq; ocioſè facturum, ſi quæ apud Galenum ueriſimilima Græco ſermone ſcripta de menſuris & ponderibus reperiuntur, his adiungerem, ſeu ſuperadderem: eademq; in Latinum ſermonem, qua poſſem (pro ætate) bonitate, fide, & ſimplicitate conuerterem, ut neq; Galeniana legere uolentibus defuiſſe uideri poſſemus. Sed proculdubio quilibet iſta legens, mecum ita iudicabit, iſta non à Galeno ſic mutilè & confuſè ſcripta: ſed cum iniuria temporum uel neglectius habita, uel uiolentius diſturbata eſſent, deinceps ab alio quodam, cui tamen ſua debetur gratia, turbidè & quomodocunq; conuoluta & conſarcinata eſſe. Vel ſi omnino hanc συγκεχυμένην ἀταξίαν Galeno aſcribere quis odioſè contendit, excuſabit ipſum, quòd tum temporis hæc pars de diſcriminibus, & erudita ratione ponderum & menſurarū, tam pharmacopolis quàm alijs artis medicæ ſtudioſis notior

otior fuit, quàm nunc eſt: ita ut exquiſitam & elaboratam explicationem non deſiderarit, ſed ſatis fuerit uel obiter de iſtis admoneri.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ ΚΑΙ ΣΤΑΘΜΩ͂Ν ΔΙ-

δασκαλία τοῦ σοφωτάτου.

Ὁ μὲν σταθμὸς βάρει μετρούμενος κρίνεται· τὸ δὲ μέτρον ἀγγείου κοιλότητι, ἢ ξηροῦ ποσοῦ μέτρον ἐστὶ, ἢ ὑγροῦ. ὡς εἶναι τρεῖς τοῦ μετρουμένου ποσοῦ διαφοράς· μίαν μὲν τοῦ σταθμοῦ, ἑτέραν δὲ τὴν τῆς ξηρᾶς οὐσίας, οἷον χώματος, καὶ τρίτην τὴν τῆς ὑγρᾶς. πολλῶν δὲ, καὶ σχεδὸν ἀπείρων ὑπαρχόντων τῶν τε σταθμῶν, καὶ τῶν μέτρων, παρά τε τὰς χώρας καὶ τὰ ἔθνη, καὶ τὰ ἤθη τῶν χρωμένων, περὶ τῶν μάλιστα συνήθων ἅπασιν ὁ λόγος ἡμῖν ἔσται.

ΠΕΡΙ ΤΩ͂Ν ΔΗΛΟΥ͂ΝΤΩΝ ΤΟΥ͂Σ σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα χαρακτήρων.

Ἀλλ᾽ ἐπειδή τινες οὐχ ὁλογραμμάτως, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων ταῦτα σημαίνουσι, βέλτιον ἂν εἴη τοῖς παλαιοῖς κατακολουθοῦντα, πρότερον τοὺς χαρακτῆρας αὐτοὺς διασαφηνίσαι.

πρῶτον μὲν οὖν τὸ χ στοιχεῖον, ἔχον ἐπικείμενον αὐ- X τῷ τὸ α, χαλκοῦν σημαίνει, καθὼς ὁρᾷς $\overset{\alpha}{\chi}$. εἰ δὲ ο ἔχει τὸ χ, χόα, $\overset{o}{\chi}$. εἰ δὲ ν, χοίνικα, $\overset{\nu}{\chi}$. εἰ δὲ η, χήμην, $\overset{\eta}{\chi}$.

τὸ δὲ Κ εἰ μὲν ἔχει ε ἐπικείμενον αὐτῷ, καὶ λοξὴν K εὐθεῖαν γραμμὴν τέμνουσαν τὴν κάτω κεραίαν

αὐτοῦ, κοδράντιον δηλοῖ, κδ. εἰ δὲ τὸ υ ἔχει τὸ Κ, κύαθον σημαίνει, κυ. εἰ δὲ τὸ ο, κοτύλην, κο.

ω ἡ δὲ ἀποριστικὴ εὐθεῖα γραμμὴ πλαγεῖα τεθεῖσα κατὰ τοῦ ὀβολοῦ, δηλοῖ ω. αἱ δὲ δύο ἀποριστικαὶ, δύο ὀβολοὺς ω/ω, οἳ ποιοῦσι τὸ γράμμα, δηλούμενον ἀπὸ τοῦ γ πλησίον ἔχοντος τὸ ρ τεμνόμενον ἀπό
γρ τινος εὐθείας γραμμῆς γρ.

αἱ δὲ δύο γραμμαὶ, συνάπτουσαί τε κατὰ θάτερον πέρας, ὥστε γωνίαν ποιεῖν ἐμφερῶς ταῖς τοῦ
< Κ δύο κεραίαις, ταῖς πρὸς τῇ ὀρθῇ γραμμῇ, δραχμὴν σημαίνουσιν, <: τὴν συνωνύμως καὶ ὁλκὴν καλουμένην. ἰδίως δὲ τὴν ὁλκὴν παρὰ παλαιῶν τὸ Λ δηλοῖ, ἔχον μέσον τὸ ο λ. εἰ δὲ ι ἔχει τὸ Λ, σημαίνει λίτραν Λι. τινὲς δὲ τὴν ἱστορίαν τοῦ Λ γραμμὴν ἀλλήλοιν ἢ λοξῶς τεμνόντων, δηλοῦσι τὴν λίτραν Ⅹ.

Γ τὸ δὲ Γ ἔχον ἐντὸς περὶ ἑαυτοῦ γωνίας τὸ ο, οὐγγίαν δηλοῖ, Γο.

Μ τὸ δὲ Μ κατὰ τὸ μέσον αὐτοῦ ἔχον τὸ υ, μναῦν δηλοῖ, Μυ. εἰ δὲ τὸ υ ἔχει τὸ Μ, μύστρον σημαίνει, Μυ. εἰ δὲ τὸ ε, μέδιμνον, Με. εἰ δὲ τὸ ο, μόδιον σημαίνει, Μο.

τ τὸ δὲ τ ἔχον σὺν αὐτοῦ τὸ ρ, καὶ υ ὑποκείμενον, τρύβλιον δηλοῖ, τρ.

ξ τὸ δὲ ξ ἔχον ὑποκείμενον τὸ ε, ξέστην σημαίνει, ξε. εἰ δὲ τὸ ο ἔχει, ὀξύβαφον, ξο. τινὲς δὲ τὸν ξέστην διὰ τοῦ ξ, τεμνούσης αὐτὸ εὐθείας γραμμῆς, δηλοῦσιν, ξ.

η τὸ δὲ η ἔχον ὑποκείμενον μ, ἡμίναν δηλοῖ, ημ, ἢ ημ.

Κρ εἰ δὲ Κ καὶ ρ ὑποκείμενον ἔχει τὸ μ, κεράμιον δηλοῖ, Κρμ.

ἄλλως

ἌΛΛΩΣ ΠΕΡῚ ΣΗΜΕΊΩΝ ΚΑῚ χαρακτήρων τῶν ἐν ταῖς συσταθμίαις.

Τὴν τῶν σημείων καὶ χαρακτήρων διδασκαλίαν ἀναγκαιοτάτην οὖσαν, οὐ πάρεργον ἀναγράψασθαι, ὅπως ταῖς τῶν φαρμάκων σκευασίαις συμβολικῶς εὑρόντες κείμενα, αὐτίκα γνωρίσωμεν τὴν ἐξ αὐτῶν σημαινομένην συσταθμίαν.

τὴν μὲν οὖν μνᾶν σημαίνει τὸ μ στοιχεῖον, ἐπικείμενον ἔχον τὸ ν, μν.

τὴν δὲ λίτραν, τὸ Λ ἔχον ἐπικείμενον τὸ ι, Λι.

τὴν δὲ οὐγγίαν, τὸ γ ἔχον ἐπικείμενον τὸ ο, γο. παρὰ ἐνίοις δὲ εὗρον τὸ ν, ἐπικείμενον ἔχον τὸ ο, νο.

μ δὲ ἐπὶ ε ἐπικείμενον, με, μόριον δηλοῖ. πλάγιον δὲ τὸ Λ, εἰς μὲν τὰ δεξιὰ τῆς κεραίας νεῦον, δραχμὴν δηλοῖ, <· εἰς δὲ τὰ εὐώνυμα, ἡμισείαν, >.

τὸ δὲ ῥωμαϊκὸν σίγμα, παρ' ἐνίοις μὲν τριώβολον, παρ' ἡμῖν δὲ παντὸς σταθμοῦ τὸ ἥμισυ, S. πλάγιον δὲ, ἓν μὲν ὀβολὸν δηλοῖ, ω: δύο δὲ, διώβολον, ωω. ἔσω δὲ ἐστραμμένον τὸ ἑλληνικὸν σίγμα, ἡμιώβολον, ͻ.

ξ δὲ, ε ἐπικείμενον ἔχον, ξέστην δηλοῖ, ξε.

τὸ δὲ Κ, ἐπικείμενον ἔχον τὸ υ, κύαθον, Κυ.

προσκείμενον δὲ τοῦ ο τὸ Λ, ὁλκὴν, ολ, συνωνύμως τὴν καὶ δραχμὴν καλουμένην.

ΠΕΡῚ ΣΤΑΘΜΩ͂Ν.

Ἡ μνᾶ ἡ ἀττικὴ (.i. ἰατρικὴ) καὶ ἡ αἰγυπτία (.i. ἀλεξανδρίνη) ἔχει οὐγγίας ιϛ´ (ἡ μνᾶ ἡ ῥωμαϊκὴ οὐγγίας κ´) ἡ λίτρα ἔχει τὸ ιβ´. ἡ δὲ οὐγγία < η. αἵτινες καὶ ὁλκαὶ λέγονται. ἡ δὲ δραχμὴ ἢ ὁλκὴ

ἔχει

ἔχει γρ. γ', ἢ κοδράντια ιή· τὸ δὲ γράμμα, ὀβ. β'. ὁ δὲ ὀβολὸς, κοδράντια γ'. τὸ δὲ κοδράντιον ἔχει σιτάρια δ', ἢ χαλκοῦς δύο δίμοιρον. ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χ̄ ή.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ ΥΓΡΩΝ.

Τὸ ἰταλικὸν κοδράντιον ἔχει χόας ή. ὁ χοῦς ξέ. ς. ὁ ξέστης κο. β', ἃς τινὲς καὶ τρυβλία λέγονται. ἡ κοτύλη γὰρ ταὐτόν ἐστιν εἰπεῖν, ὡς τὸ τρυβλίον. τὸ τρυβλίον δὲ τὸ μικρὸν ἔχει μύστρα μεγάλα γ', ξ° δὲ δ'. τὸ γὰρ μέγα μύστρον ἔχει ὀξύβαφον ά καὶ γ'. τὸ δὲ ὀξύβαφον ἔχει κύαθον ά ς'· ὁ δὲ κύαθος ἔχει χήμας μικρὰς, ἤτοι μύστρα μικρὰ β'.

εἰ δὲ βούλοιο καὶ τὸν σταθμὸν τῶν ὑγρῶν εἰδέναι μέτρων (παμπολλαὶ μὲν αἱ τῶν ὑγρῶν οὐσιῶν εἰσιν κατὰ τὴν ῥοπὴν διαφοραὶ) ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἐλαίου τε καὶ οἴνου καὶ μέλιτος λέξομεν.

τὸ μὲν οὖν μέλι τοῦ οἴνου βαρύτερόν ἐστιν τετάρτῳ μέρει, καὶ προσέτι δεκάτῳ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ὅλον συνεγγὺς τρίτῳ· ἔχει γὰρ τὸ αὐτὸ ἴσον οἴνῳ τὸ μέλιτος ποσὸν, ὅλον τὸν τοῦ οἴνου σταθμὸν, καὶ προσέτι τὸ τρίτον αὐτοῦ. τοῦ δὲ ἐλαίου τὸ μέλι ἴσῳ ἡμίσει μέρει βαρύτερόν ἐστιν. ἔχει γὰρ ὅλον τὸν τοῦ ἐλαίου, καὶ προσέτι τὸ ἥμισυ αὐτοῦ.

ὁ δὲ οἶνος τοῦ ἐλαίου ἐννάτῳ μέρει ὑπερέχει. ὅλον γὰρ αὐτὸν ἔχει, καὶ τὸ ἔνατον αὐτοῦ.

πρὸς σαφήνειαν δὲ πλείονα, καὶ ὡς ἐπὶ διαγράμματος τῶν κατὰ μέρος μέτρων τὸν σταθμὸν ὑπετάξαμεν, δῆλον καθεστῶτος, ὡς κατὰ κοινοῦ πάντων τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς κατὰ τὸν στοῖχον, τό τε ἔλαιον, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ μέλι κατηγορούμενα κεῖται.

τὸ ἰτα-

	ἐλαίου		οἴνου				μέλιτος		
τὸ ἰταλικὸν κεράμιον,	Λʹ	οβʹ	Λʹ	πʹ			Λʹ	ρηʹ	
χοῦς,	Λʹ	θʹ	Λʹ	ιʹ			Λʹ	ιγʹ S	
ξέστης,	Γο	ιηʹ	Γο	κʹ			Γο	κξʹ	
κοτύλη,	Γο	θʹ	Γο	ιʹ			Γο	ιγʹ S	
μέγα μύστρον,	Γο	γʹ	Γο	γʹ	γρ.	ηʹ	Γο	δʹ S	
ὀξύβαφον,	<	ιηʹ	Γο	βʹ	γρ.	ιβʹ	Γο	γʹ	γρ. θʹ
κύαθος,	<	ιβʹ	Γο	αʹ S	γρ.	δʹ	Γο	βʹ	< ϛ
μικρὸν μύστρον,	<	ϛʹ	γρ.	κʹ			<	θʹ	

ὁ δὲ ὀριβάσιος φησὶ κατὰ ἀδαμάντιον, τὸν ξέστην τὸν ἰταλικὸν τοῦ οἴνου μέτρῳ μὲν ἔχειν Γο κδʹ, σταθμῷ δὲ Λʹ αʹ, Γο ηʹ. τὸν δὲ ξέστην τοῦ μέλιτος, ἔχειν σταθμῷ Λʹ β S.

ΠΕΡῚ ΜΈΤΡΩΝ ΞΗΡΩ͂Ν ΔΙ- δασκαλία σαφής.

Ἡ αἰγυπτία ἀρτάβη ἔχει μόδια εʹ. ὁ δὲ μόδιος ὁ αἰγύπτιος, καὶ ὁ ἰταλικὸς, ἔχει χοίνικας ηʹ. ὁ δὲ χοῖνιξ ξ βʹ. ὁ δὲ ξέστης ἡμίξεστα βʹ, ἃ δὴ καὶ ἡμίνας προσαγορεύουσιν. ἡ δὲ ἡμίνα ἔχει κυάθους ηʹ. ὁ δὲ ἀττικὸς μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβʹ. τὸ δὲ ἡμίεκτον ἔχει χοίνικας δʹ. ὥστε τὸν μέδιμνον ἔχειν Μ ϛʹ, χοίνικας μηʹ, ξε ϟϛʹ. τούτων δὲ τὸν σταθμὸν εἰπεῖν οὐκ εὔκολον, ὅτι τῶν ξηρῶν οὐσιῶν ἄπειρός ἐστιν ἡ κατὰ τὴν ῥοπὴν διαφορὰ, κατὰ τὴν τῆς ἰατρικῆς τέχνης διδασκαλίαν, καθὼς οἱ πρὸ ἡμῶν ἰατροί τε καὶ διδάσκαλοι ταῦτα ἡμῖν διεσάφησαν θαυμαστῶς.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΩΠΑΤΡΑΣ ΚΟΣΜΗ-τικῶν, περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων.

Η Μνᾶ ὄνομα ἔχει σταθμοῦ, ἔχει ℔ ις', < ρκή, γρ τπδ', ∽ ͵αξή, θέρμους αυβ', κεράτια βτδ', χαλκοῦς ͵ερμδ'.

ἡ ἀττικὴ μνᾶ ἔχει ℔ ιβς, < ϙ', γρ τ', ∽ χ', θέρμους ϡ, κεράτια ͵αω, χαλκοῦς γ͵χ.

ἡ πτολεμαϊκὴ μνᾶ ἔχει ℔ ιή, < ρμδ', γρ υλβ', ∽ ωξδ', θέρμους ͵ασϟς', κεράτια ͵βφϟβ', χαλκοῦς ͵ϛϡιβ'.

2 ἡ λίτρα ἔχει ℔ ιβ', < ϟς', γρ σπή, ∽ φος', θέρμους ωξδ', κεράτια ͵αͳκή, χαλκοῦς ͵δχή.

3 ἡ οὐγγία ἔχει < ή, γρ κδ', ∽ μή, θέρμους οβ', κεράτια ρμδ', χαλκοῦς τπδ'. καλεῖται δὲ ἡ οὐγγία τετράσσαρον ἰταλικόν.

4 ἡ δραχμὴ ἔχει γρ γ', ∽ ς', θέρμους θ', κεράτια ιή, χαλκοῦς μή.

5 τὸ ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει < ά. δραχμὴ δὲ ἐστὶν ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται αἰγυπτιακή, ἥ τις ἕκτον μόριον ἐστὶ τῆς ἀττικῆς δραχμῆς, ἄγουσα ὀβολὸν ά.

6 τὸ γράμμα ἔχει ∽ β', θέρμους γ', κεράτια ς', χαλκοῦς ις'.

7 ὀβολὸς ἔχει θέρμον άς, κεράτια γ', χαλκ. ή.

8 τὸ ἡμιώβολον ἔχει κεράτια άς, χαλκοῦς δ'.

